












XII

ALEX. APHR.

de fato &c.

int. BAGOLIN

HIERONYMI Bagolini Veronensis in Interpretationem Alexandri Aphrodisei de fato præfatio, Ad Illus. Ioãnem Baptistam Spinellum Comitem Gariati, Veronæ Gubernatorem Cæsareum.

Alexandri Aphrodisei Liber unicus de fato & Libero Arbitrio ad Cæsares seuerum & Antoninum Hieronymo Bagolino interprete.

Eiusdem Hieronymi in Interpretationem Alexandri Aphrodisei de Intellectu ad Ioannem Baptistam Turrium Veronensem præfatio.

Alexandri Aphrodisei libellus de Intellectu, eodem interprete.

Eiusdem Hieronymi præfatio ad Lectores.

Alexandri Aphrodisei ex libris questionum naturaliũ capita tria de fato, de Eo quod in nobis est, de Prouidentia, Eodem interprete.

Errores inter Imprimendum admissi.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



Index Capitum libri de fato.

Index Capitum libri de Intellectu.

HIERONYmi Bagolini Veronensis in Interpreta/tionem Alexādri Aphrodisei de Fato/ad Illustrē Ioannem Baptistam Spinellum/Comitem Cariati/Veronę Gubernatorem Cęsareum/pręfatio.

c VM incidisset nuper in manus meas Illu/stris Comes Alexandri Aphrodisei libellus de Fato & libero Arbitrio/Ad principes Se/uerum & Antoninum/gręco sermone conscriptus/eū mox libenter auideq; Amplexus/legi atq; plegi sępius. Nā & autoris noīe/quippe q ex pipateticis esset eminē/tissimus/& indice rei ppositę/cuius ueritatē supra mo/dum/omnes nosse desiderant/plurimum oblectabar. In ueni pfecto(qd' sperabam/) tractatū Argutissimis quę stiōibus/acutissimis sensibus/uerbis grauissimis iisdēq; ornatissimis refertissimum. Sed id me in eo ante omnia incredibili affecit lęticia/quod ambiguitates plures perq̄ difficiles/atq; insolubiles nodos/explorat/enucleat/discu tit/quodq; ueritatē ipsam fidei & Religioni Christianę consentaneam/aperit/ualidissimisq; & euidētissimis ar/gumētis confirmat/tuetur/& ut prosequamur hortatur. Contra/Stoicorū opinionem/ceu falsam & ueritati ad/uersam/insectatur/reicit/& inexpugnabili ratione pro/pulsat. Hunc itaq; cum perlegissem/perlectumq; littera tis oībus utilissimum fore iudicassē/nō sine magno la/bore Latinū feci/cū oēs quotquot uiderim codices mēdo sissimi essent. Et ne cōtinuo sermōis decursu/Fastidiū/

legentibus ingereret/in capita distinxi/suisq; indicibus singula pernotaui/ut primo occursu/cuncta ante ocu/los constituta/quibuscunq; etiam conniuentibus/obuia & aperta fierent. Verum cogitanti mihi cui potissimu; meam hanc qualiscunq; esset/lucubrationem emissurus dicarem /occuristi tu Comes celeberrime/cui Alexādri interpretationem/inscribendam censerem. Cu; pulcherrimam de fato & libero Arbitrio disceptationem/dignā Moderatore iustissimo/dignam ęquissimo iudice/qualem te omnibus pręstas/Dignam litterato ac Religioso uiro/Qualem te omnes & agnoscunt/ & prędicant/nō ab re existimassem. Quis enim ignorat/te quantum tibi uacare a publicis negociis datur/id totum ad rerum diuinarum cultum & cognitionem/nunc legentem/nunc audientem/plerumq; & disputantem impendere? Quis nescit qua sacrorum dogmatum eruditione/qua politicarum legum peritia/quanta in agendis rebus solertia/dexteritate/Prudentia/ polleas ? Quis pręterea egregias uirtutes tuas/Cęterasq; & corporis & animi tui dotes cōspicuas/uel inuitus/dissimulare / aut silentio inuoluere potest? Quas ob res dignissimum te huius libelli Munere/aptissimumq; putasse/nō indecens fuit? In quo ad deos colendos/Leges seruādas/uirtutes capescendis/pręcipue commonemur/ut pote qui eiusmodi omnium sitam in nobis facultatem habeamus. Accedit/ut cu; hec ipsa que dixi/tum illud quoq; nunc me exurgeat /quod si Augustinus suessanus & Aldus Manucius/uiri no/

stri temporis/alter Philosophię/alter humanitatis atq; eloquentię studiis ornatissimi/sua tibi opera nuncupa/runt/non alia certe de causa/nisi quia & ingenuas artes diligis/doctisq; & studiosis hominibus faues/Mihi ꝑ/fecto/qui tuo Magistratui subditus/tuo sępe patrocinio adiutus sum/iure tu pręstantissime Comes succenseas/nisi uni tibi nostram hanc editione3 dicassem/Hinc.n. facile suspicari posses/ut quam/non ego tantũ/sed qua3 alii de te spem/opinionemq; hactenus cõcepissent/ina/nem omnino & falsam in se futura3 agnoscerent. Quo quid põt esse in principe turpius atq; detestabilius? Tuo igitur auspicio candidatus/tuo pręsidio munitus Alexã der e gręcia migrabit in latium/prodibitq; in litterarium forum. Cuius si patrocinium clientelamq; susceperis/Maliuolorum latratus facile se euasurũ sperabit.

s ED quid te longiore Epistola detineo? Fine3 dicendi fecissem/nisi me quorumdam fati nominũ expositio/ad se uocasset/que inter Chrysippi rationes ab Alexandro adducta/gręca pmisimus. Cum nõ nisi longo uerborum ambitu/Latine dici/aut apte exprimi possent. Legimus ab antiquis & Philoso/phis & Poetis/qui in Gręcia claruerunt/fatum modo Imarmenen uocari/modo Pepromenen/nunc Aesan/aliquando Nemesin/quandoq; Athraustian/nonnunq̃ etiam mœran. Plerumq; & aliquo parcaru3 nomine/ut Lachesin aut atropon. Imarmenen aliq ut Porphyrius dictam putãt, ꝙ sorte quadam fata euenire dicant. Alii

quia sit quasi series quędam causarum ad rerum ꝑductionem agentium. Pepromenen uero/quoniam omnes ad finem suum fata perducant/nec ullu; sit infinitum. Aesan porro quasi/semper existentem/ꝙ fatum ipsum sit sempiternum/& causę fati semper fuerint/ut libro de mundo Aristoteles sensit. Nemesin autem a distributione/quam cuiuis fata secundum merita exhibere dicunt. Athraustian/quia fatum sui natura ineuitabile sit/frangi q; nõ possit. moeran ꝙ sua unũquéq; fata comitét/Idé & lachesis significare uidet/ꝙ sua singulis sors cõtingat & in finem perducat. Atropon uero quia uerti omnino aut Immutari non possit ipsum fatum: Hec omnia eo tendunt ut & fatum causam necessario agentem significent/subindeq; consequentes effectus/haud quaq̃ euitari posse. Quod & eorum de fato definitiones asserunt/est enim quam affert Chrysippus/libro de prouidentia/fati definitio eiusmodi. Fatum ẽ naturalis quędam series rerum omnium/aliis ad alias consequentibus/manente ineuitabili eiusmodi cõnexione. Quã & Cicero libro de diuinatione Imitatus eisdem fere uerbis expressit. Fatu; id appello quod gręci Imarmenen idest ordinem seriéq; causarum/cum causa causę annexa rem ex se Gignit/ea est ex omni ęternitate fluens ueritas sempiterna. Fatum itaq; hoc modo definitum/nõ unam/sed omnes simul causas amplectitur/A primo rerum omnium principio serie quadam per ipsos angelos/Celestia corpora/elementa omnia/ad proximas cuiusq; causas descenden

do. Alii uero & si ordinem hūc essentialem inter cau/
sas concesserint effectrices/Fatum tamen nō esse uni/
uersam causarum seriem arbitrantur/sed solam side/
rum constitutionem & influxum/cum quid aut nasci
tur/aut concipitur/aut Incohatur. Nec significari tan
tum ex ipsis quecunq; futura sunt/sed effici quoq;/&
Inuehi non in naturam tantum/sed & in Corpora &
animos nostros/ineuitabilem quandam necessitatem
futurorum. Cęterum Alexander Aphrodiseus/nouā
quidem/nec ab aliis citatam/non tamen a ueritate dis
sonā/physicāq; potiusq̄ theologicā/fati significationē
introduxit/quare nec in uniuersam causarum seriem/
nec in astrorum constitutionem putat fatum esse redu
cendum/sed in ipsam naturam/ut Idem omnino sint
natura & fatum. Et quecunq; natura fiunt Fato fiant/
remeatq;/ut etiam que/fato fiunt/natura fiant. Na; &
fato Ignis calefacit/equus equum & homo hominem
generat. Hec & natura ab eisdem fiunt. Si uero aliquis
dissoluto Corporis tēpamēto moritur/fato moritur/
at si ex equo pręcipitatus aut gladiis cōfossus/non mo
ritur fato. Quem modum & Virgilius de Didone at/
tigit/nam quia nec fato/merita nec morte peribat/hoc
est non morte per natura; ei debita/sed uiolenta. Oui/
dius quoq;. Est aliquid fatoq; suo/ferro ue cadentem ī
solita moriens ponere Corpus humo. Fato suo hoc ē
morte sibi ex natura decreta. Astrologi cōtra/ī fatū ma
xime eiusmodi mortē uiolentā reiciēda; putassent. Eo/

dem pacto & Aristoteles quarto physicę auscultatio/
nis quasdam dixit esse fatales generatiões/hoc est que
secundum naturam fiunt. Cum itaq; natura non ne/
cessario/sed plurimum suos effectus producat /siqui/
dem impediri potest/nam & multa pręter naturam fi
unt/Ita & fatum non necessario/sed plurimum suos
effectus agere dicendum est. Fieriq; multa pręter fatū/
ut que nostra electione/fortuna/aut casu/fiunt. Nam
& que naturali aduersante impulsu/ui coacti agimus/
pręter fatum agere dicimur/cum pugnent inter se uis
& fatuz/Hoc ipsum Alexandro referente/primo que/
stionum naturalium. cap. quarto. Non ignorauit ta/
men Alexander/& alia pręter naturā/esse agentia duo
principia/deum scilicet optimum/& hominem ipsuz/
quibus minime fatum deputauit/nam & uniuersa
deum maximum sui consilio & prouidentia guberna
re fatetur. Totamq; causarum seriem/ita ab ipso pen/
dere/ut suum causandi/semel sibi a deo constitutū mo
dum/non deserant/aut intermittant. Deum igitur fa/
tum esse/aut fato agere que agit/quippe q/nullam ha/
beat Superiorem causam/Iure dixisse nullus potest.
Sed ipsum potius fati causam appellasse par est. Cuz
& Corporū celestium/& totius naturę sit causa. Cor/
poribus quoq; Celestibus non fatum sed fati causas a
scripsit. Quatenus & ipsa inter causas agentium natu
ralium numerauit. Nec aliter in subiecta sibi munda
na Corpora agere opinatur/q̄ per lumen & motum.

Quemadmodum & Elemenra in corpora ex ipsis cō/
posita/per primas qualitates. Quare & humana Cor
pora cum in uarias affectiones & interitus / proxime
ad naturalem ex illis compositionem incurrant/meri/
to fatis obnoxia dixerimus. Quod si quis affectiones
has omnino necessarias fore/hoc ipso nitatur ostende
re/ꝙ causas habent proximas naturaliter & necessario
agentes/Respondebimus ipsas nihil minus uitari pos
se. Et in contrarium habitum assuetudine permutari/
adhibita diligentia ex Medicorum pręceptis & uictu
aliisq; eius generis in contrarium dispositis. Eodē mō
& longe facilius conuelli animi uicia & extirpari pos/
sunt/que ex Corporis contagio in ipsum redundant.
Hunc igitur tercio Loco numerauit Alexander/ queȝ
ea prerogatiua & conditionis dignitate/prędítum esse
testatur ut non perinde ac Corpora/legibus naturę de
uinctus sit / sed liber omnino /in quam malit/con/
tradictiōis partem se flectat. Iccirco nec aliqua fati ne
cessitate astringitur/nec ulli naturę/ne quidem Cele/
stium Corporum/aut Angelorum subicitur. Sileant
igitur qui humanas actiones/in ficticias quasdam si/
derum posituras/indirecte referendas putāt. Sed & illi
grauius peccant/qui/ꝙ deus ex ęternitate nouerit/quic
quid acturi sumus/id nos coacte & necessario arbitrā
tur acturos. Si enim nos Deus liberos esse uoluit/qc/
quid egerimus/libere agemus/quoniam id nos Deus/

libere facturos prȩuidit. At certe liberos homines esse constitutos/uel inde maxime notum esse potest/q̃ hominis essentia in ipsa ratiõali natura sita ẽ/q̃ nil aliud est/q̃ uis quȩdam & principium homini innatū/quo aliquid aggredi potest & non aggredi/& opposita pariter. Non q̃ ab externis causis ipsū ad id cogentibus/impellatur/Quemadmodum bruta/que & si sponte quedam subterfugiant/quibusdam inhȩreant/quoniã tamen a uisis impulsa/non a ratione mouentur/libere ad hec ipsa moueri/nullus dixerit.

hEC sunt Comes integerrime/que de Fati nominibus/& Alexandri opinione erant mihi declaranda. Reliquum est/quod etiam per intiia diximus/ut insignem hunc Alexandri tractatum a me in Latinum conuersum tuoq; nomini creditum/amplectaris & foueas/quod si feceris/plurimum certe illi & Dignitatis & ornamenti attuleris.

ALEXANDRI Aphrodisei de Fato & Libero Arbitrio ad Cęsares Seuerum & Antoninũ Liber unicus, Hieronymo Bagolino Veronensi Interprete.

Procemium.

OPTABAM equidem, Maximi Cęsares Seuere & Antonine cum ad uos, ipse me recepissem, Intueri uos & salutare coram, & mutuas ꝓ beneficiis gratias profiteri, que a uobis sępe accepi, cũ omnia semper sim assecutus que a uobis petii, dignum me esse, cõprobãtibus, q talia flagitans, merito uoti cõpos fieré. Verũ cum permittatur, etiam si pręsens qs diis Sacrificare nõ possit, in eorũ cultũ ex singulis mũdi locis, & ubiq; sacrificare, & sacrificia mittere, que ipse afferre nõ potest, ausus & ipse sum, eadem qua erga Deos facultate, quoddam ex nostrorum fructuum Primiciis, sacrificium, ad uos mittere, qđ uos Inter cętera maxime deceat. Quod enim queso legitime Philosophiam colentibus augentibusq; fuerit accõmodatius sacrificium, q̃ liber qui Philosophicam speculatioñe pollicetur? tum ille pręsertim q Aristotelis opinionem complectitur quã habuit De Fato, & eo qđ in nobis est, hoc est libero Arbitrio, cuius philosophię assertor ac tutor, uestroq; testimonio ceu publica ꝑconis uoce ꝑceptor suꝫ declaratus. Inter uero Philosophię placita, hoc ꝓfecto, nulli scđm ẽ. Eius nãq; necessitas ubiq; & circa omnia uersat̃. Non enim eodẽ modo circa agenda se habent, qui omnia necessitate & Fato

fieri credunt/& qui putant aliqua/nullis etiam pręcur/ rentibus causis fieri posse. Inuentio quoq; ueritatis in eo non facilis est/nisi forte magis & difficillima/cum utri/ q; opinioni/multa ex his que euidentissima sunt/aduer sentur. Sed q͞a quorundā placitorum astructio/ his qui non idem nobiscum senciunt/contradicendo/fit euiden tior/cum ex his qui de ipso aliquid dixerunt/nihil sit(ut arbitror) maius/q͞ Aristotelis opinionem sequi/ aduer/ sus eos sermonem faciam/qui non idem illi de Fato di/ xerunt/ut ex dictorum appositione ueritas nobis aper/ tior fiat ac dilucidior. Institutio uero sermonis nostri/ nō ad demonstrationem/sed ad examen/& propositoꝝ certiorem Doctrinam intendit. Quam/& uos ęmulan tes in omnibus uestris actionibus/ quisq; intueri po/ test/quippe q͞ nullam sit actionum uestrarum/inueni/ re/ que uisionem/ueritatis intentioni pręponat. At si quid uobis/per ocium Libro occurrentibus/ quod cla/ rius dici oporteat/uisum fuerit/hoc quoq; a uobis hono re/dignuȝ me fieri expeto/ut de quesitis rescribatis/neq; enim facile est/uno Libro omnia nota facere/& que pri cipali proposito intenduntur/& ea quibus/quis pro eo/ rum utitur declaratione.

Non esse inquirendum an sit fatum/sed quid sit. Caput primum.

f ATVM esse aliquid, & causam a qua rerum quędā fiunt, satis confirmat communis hominum existimatio, nec enim uana, aut omnino a uero remota, est hominu3 natura, secūdum quam de aliquibus inter se consentiūt, & inter hos, illi pręsertim qui non ob aliquas prius editas ab eis opiniones, ut earum consequentiam seruent, aliter dicere forte coacti sunt. Qua de causa & Anaxagoras Clazomenius, & si in cęteris, a Philosophię professoribus, haudquaq̄ fuerit recusatus, cōmuni tamen hominum credulitati de Fato aduersatus, nō extitit fide dignus. Asserit enim hic, nihil Fato fieri, eorum que fiunt, sed uanum penitus esse nomen hoc, sed quid nam sit fatum, & quibus in rebus inueniatur, minime. Non enim tantū, nō omnes inter se, sed neq; cōmunis hominum existimatio, satis hoc ostendere potest. Nam quo pacto omnes inter se dixerim cōuenire, cum nec sibi quis eadē de ipso sentiat: Nā ad occasiones & occurrentes fortunas, Opinionem de Fato transferunt. Quicūq; enim ex his, oīa Fato fieri dicunt, fatum putant ineuitabilem quandam causam & irrefragabilem. Sunt & alii qui non oīa Fato fieri autumant, sed & alias esse eorum quę fiunt causas opinantur. Nec fatum quid esse ineuitabile & firmum ponunt, sed eorum quoq; que Fato fiunt, aliqua nō fato fieri, sed pręter sortē & fatū ut poetę dicūt, qua3 moeran

& Imarmenen uocant. Sunt uero & alii quibus omnia que fiunt Fato uidentur fieri/& his maxime que a fortuna sunt/aduersant͞. In his autem q̄ ad agendum proposita sunt/ recte agentes/se ipsos rectorum actuum Causas esse existimant/quando quidē hec non occurrissent/que occurrerunt nisi hec pocius egissent/q̄ illa/ Cū ęque & non agendi facultatem haberent. Ob hanc ergo inter Philosophantes Discordiam/necessaria est de Fato inquisitio nō an sit/Sed quid sit/& in quibus eorum que fiunt/eiusmodi natura reperiatur. Quod igitur omnes/qui de Fato aliquid dixerunt/causam ipsum Dicāt/eorum que fiunt/ notissimum arbitror/Hoc enim ponunt/& causam esse dicunt/ꝙ fiant res eo quo fiūt mō.

Quattuor esse oīum causarum genera/& fatum agētibus causis annumerādū esse. Cap. scd͞m.

u ERVM cum causę multifariam dicantur/ necesse est/ordine aliquo propositum ipsum aggredientes/primum accipere sub quo Causarum modo fatum ipsum sit reponendum. Nullum namq; eorum que multifariam dicuntur/ absq; propria diuisione prolatum/notum esse potest. Diuidūtur quippe rerum omnium que fiūt/Causę/in quattuor modos/ut Aristoteles/demonstrauit/Nam causarū alię agentes sunt/alię materię habent respectum/ Tercia appellatur causa Secundum speciem. His tribus accedit & quarta quę finis est/& cuius gratia fit/quod͞ fit. Tot porro causarum differentię sunt. Omne enim quod alicuius cau/

sa fuerit/sub aliqua harum causarum proculdubio reperietur. Cum & ipsa quoq; que fiunt/dictum numerum excedere non possint/uerum euidentior fuerit ipsarum differentia/si in aliquo eorum que fiunt exemplo conspiciatur. Demonstremus in statua (uerbi gratia) causarum diuisionem. Ipsius quippe statuę causa effectiua artifex est/qui fecit. Quem statuarium appellamus. Vt materia uero subiectum ęs/aut lapis/seu quodcunq; alterum ab Arte configuratum. Nam & hoc huius quod est/fieri & esse statuam/causa est. Est quoq; & forma ab artifice in hoc subiectū inducta/statuę ipsius causa. Nam aut Disco similis aut Iacularis/aut alicuius est alterius/figurę terminatę. Sed non hę solum causę statuę sunt/nulli enim causarum generationis eius/secunda est/quę finis est/cuius causa facta est statua/In alicuius Verbi gratia honorem aut cultum. Nam absq; hac causa neq; ipsam a principio statuarius fecisset. Cum igitur tot sint causę differentiamq; inter se notam/habeant/fatum inter agentes causas merito numerauerimus/conditoris statuę artificis rationem seruans/ad ea que ab ipso fiunt.

Quot sint agentes causę & sub qua earum fatū contineatur. Cap. tertium.

q VE cum ita se habeant/consequens fuerit de agentibus causis sermonē facere/Sic.n. manifestū fuerit/an oīū q̄ fiunt/cām Fato

deputemus. Aut & alię prętet ipsum causę sint con-
cedendę. Quę quorundam in uniuerso sint/ effectri-
ces causę. Omniuȝ porro que fiunt/diuisionem Ari-
stoteles faciens/horum aliqua/gratia alicuius fieri di-
cit/cum intentionem aliquam eorum que fiunt/ & fi-
nem habet pręstitutum qui ea efficit / alia uero nul-
lius. Eiusmodi sunt quecunq; non ex intentione ali-
qua ab agente fiunt/nec ad fineȝ aliquem terminatuȝ
referuntur. Cuiusmodi sunt/fructuum quorundam
attrectationes. Et circumuolutiones/Capillorum cõ-
tactus & extensio/& his quecunq; simili modo fiunt.
Que q; fiant nulli dubium est/non tamen finem ha-
bent & causam/quę hoc uerbo cuius gratia nuncupa-
tur. Que ergo sic inconsiderate & simpliciter fiunt/
nullam habent diuisionem/quę ratione aliqua com-
pręhendi possit. At eorum que ad aliquid respectum
habent/& alicuius gratia fiunt/alia a natura/alia a ra-
tione proficiscuntur/Nam que naturam habent suę
generationis causam/numero quodam & ordine in
terminatum finem procedunt/ad quem cum peruene
rint/a generatione quiescunt. Nisi quid naturale hoc
ipsorum iter in pręstitutum finem impediat. Que
etiam ratione fiunt/finem aliquem habẽt/ nihil enim
eorum que ratione fiunt/ aliquo non proposito fine
fieri potest. Sed ad aliquam intentionem hec omnia
referuntur. Ratione uero fiunt/quecunq; ab agentibus
fiunt/que de hisce ratiocinantur atq; componũt/ quo

nam fieri pacto possint. Sic fiunt omnia que ab arte & uoluntate fiunt/q̄ ab his q̄ natura fiunt/eo distant/ q᷑ que natura fiunt/factiōis in se principium & Cau/ sam habent/est enim huiusmodi principium natura/ & fiunt ordine quodam. Non q᷑ natura ipsorum ope ratrix/ueluti ars/circa ea ratiocinatione utatur Que ue ro arte fiunt & electione / non intrinsecum sed extra positum habent hoc principium & causam agentem. Et ab agente fiunt/quod de ipsorum factione ratioci/ natur atq᷒ discurrit. Tertio loco in his que alicuius gra tia fiunt/numerantur que a fortuna & casu fieri credi ta sunt. Hoc differentia ab his que principalem alicu/ ius gratia fiunt/q᷑ in illis/omne quod ante finem fit/ finis gratia fit. In his uero ea que ante finem fiunt/al/ terius gratia fiūt/sed occurrit eis alterius gratia factis/ ut finis/id quod fortuna casu ue fieri dicitur. His ita se habentibus/& omnibus que fiunt hos in modos distributis accedit ad hec. Vt uideamus/ad quam effi/ cientium causarum fatum reducamus. Nunquid ad hec que nullius gratia fiunt. An hoc omnino sine ali qua ratione dicitur. Nam semper in aliquo fine/fati nomine utimur/cum ipsum Fato factum esse dici/ mus. Iccirco in his que gratia alicuius fiunt/fatum est reponendum. At quoniam eorum que ratione fiunt/ alia a ratione/alia a natuna fiunt/est ne. In utrisq᷒ fa/ tum reponendum? Vt omnia que fiunt/Fato fieri/di camus/aut in altero tantum? Sed que a ratione fiunt/

hoc ipso secundum rationem fieri uidetur, q̄ qui agit, ea quoq; non agendi, facultatem habet. Que enim ab artificibus ex arte fiunt, non uidentur ab ipsis necessario fieri. Sic enim agunt singula, ut eque etiam possint illa non agere. Non ne preterea absurdum est domuz scamnum ue fato dicere fuisse facta aut lyram Fato concinne compactam esse. At qui eorum quibus uoluntas Dominatur ac preest, (Hec uero sunt que ex Virtute & uicio fiunt, & hec ipsa in nobis esse uidentur, sunt uero in nobis hec, que agendi eque & non agendi Domini sumus) fatum esse causam, dici minime potest, Aut alias precurrentes causas externas, aut principia, q̄ fiant uel non fiant aliqua ex his. Nullum enim ipsorum nostre esset optionis si hoc modo fierent. Relinquitur igitur fatum in his esse dicere que natura fiunt. Vt idem, fatum & natura sint. Nam quod fatale est secundum naturam est, & quod secundum naturam est fatale est. Hominem namq; ex homine, & equum ex equo generari non dicitur secundum naturam quidem esse, non autem secundum fatum, sed concurrunt he due cause, ita ut solo nomine, differentiam habeant. Iccirco & prime secundum naturam generationis singulorum cause, Diuina scilicet Corpora, & horum ordinatissima circumlatio, Fati quoq; eedem cause dicuntur. Omnis enim generationis principium est, Diuinorum ad hec ipsa Mundana, certa secundum motum ratio atq; respectus.

Fatum non esse causam necessario causantem/sed plurimũ/quéadmodũ & naturã. Cap.quartũ.

VM ergo in his & huiuscemodi fatuз sit/ necesse est/ut se habent/que secundum naturam fiunt/ita etiam se habere que secundum fatum. At qui ea que natura fiunt/non necessario fiunt/Immo eorum que sic fiunt/generatio impediri põt/Iccirco interdũ magna parte fiunt que natura fiũt/nõ tñ necessario. Locũ namq; & in his habet/qđ pter nãm est/& hoc fit/cum ab aliqua extrinsecus posita causa prohibetur natura ad sui opus proficisci. Vnde nec necessario homo hominez generat/sed plurimum. Quare & secundum legem natura ortis addictam/singula sic generatorum / semper fiunt. Cum itaq; sit in his que natura fiunt/quod natura est & qđ pręter naturam/ueluti in his q̃ ab arte. Locum quoq; habebit in his q̃ fato fiũt/qđ pter fatũ est. Iccirco quis posset dicere/propriam naturam principium in singulis & causam esse ordinis eorum que in ipsis fiũt. Ab hac enim magna parte/ Vita hominum consuetudinesq; ordinem suum accipiunt. Videmus quippe & Corpus humanum/eo q; huiusmodi aut eiusmodi/ natura sit constitutum/in ęgritudines & interitus uarios consequenter ad naturalem compositioné incurrere. Non ex necessitate tamen /abunde enim ordinem hunc amouere possunt/adhibita super his diligentia/& aeris permutationes/& medicorũ institutio/

nes ac pręcepta/& ipsa deorum uota. Eodeꝫ modo & in anima ipsa reperire quis poterit/penes naturalem pręparationem/diuersas in singulis electiones/actio/nes & uiuendi consuetudines. Consuetudo enim est hominis Dęmon/hoc est natura/ex Heracliti senten/tia. Nam plurimum ad naturales affectiones & pręparationes consequi actiones & mores & ipsorū consuetudines licet uidere. Nam ei qui pericula diligit & audax est/uiolenta fere semper occurrit mors. Hoc.n. est naturę fatum. At ei q immoderatus natura est/in hisce uoluptatibus degere. Incontinentes quoqꝫ nisi eorum uita/melior facta/ab eo qd̓ secundum naturam est/fuerit mutata/dolores sustinebunt/& mala patientur. His etiam hoībus uitę consuetudines secundm fatum fiūt. Auaris preterea & natura insaciabilibus/circa pecuniarum acquisitionem/etiam consonāt que fati sunt. Nam in iniusticiis magna parte horum uita uersatur. Et uitę consuetudo hec agentibus consentanea est. Iccirco & huiusmodi hoīes increpare consue/uerunt/cū in consequentibns & fatatis uitę circunstantiis fuerint/ut pote qui pręsentium sibi ipsis malorū/ipsi sint causę. Et hoc quis ostēdere uolens his q pręsagia pronunciant/ꝙ ipsi non assequantur qd̓ cupiūt/causam hanc merito afferre posset/non oīa que in natura & fato cuiusqꝫ sunt/feliciter agere. Sed aliqua etiā pręter hec fieri. Ipsos uero uates non aliter eorum que Fato fiunt nuncios esse/q̄ eos quos Physiognomo/

nas/hoc est naturę interpręttes appellamus. Sane cum diceret Zopyrus nature expositor absurda quedã de Socrate Philosopho/& ab eius ꝓposito in uita semota/& sup his a Socratis auditoribus derideret/respondit Socrates nõ esse mentitũ Zopyrũ/fuisse m. n. naturę rõne huiuscemodi/nisi ex Philosophię studio meliorẽ fuisse naturã adeptus. Hęc ẽ ut pstrictim & per capita dicamus/peripateticoꝝ de Fato snĩa.

q fato oĩa fieri putãt/auferũt casũ & fortunã. ca. 5.

s ERVM dictorum manifestior erit probatio si pręcedentibus propositorum demonstrationibus/addiderimus sequentia incommoda/his qui omnia Fato fieri dicunt/sic enim sermonem permiscentes ex sermonum collatione/notiorem ueritatem faciemus. Nec eorundem sępius meminisse cogemur. Merito namq; qs dubitauerit/quo pacto Philosophari quidam dicantur/& ueritatem quę inentibus est attingere/& hac aliis hominibus pręstare Philosophantes putant/& ob id alios ad hoc hortantes/dederunt se opinioni/quę omnia ex necessitate & Fato fieri dicit. Ad quam solos inter Vulgares eos confugere uidemus/qui nihil sibi dextrum cognoscentes/in ipsum fatum/causam occurrentium sibi malorum transferunt. Opinioni scilicet quę nec sensibilibus consonat/nec probabiles aliquas habet Demonstrationes/immo & id quod in nobis est/tollit. Quod si credatur/quę nam altera maior extra ratio/

nem iactura fieri posset. Quod enim preter rerum euidentiam Loquantur/ex hoc manifestum est/quod ab omnibus fere Philosophis & Vulgaribus/creditum est fieri quedam casu/& a fortuna/fieri etiam/aliqua eorum que fiunt contingenter/& habere locum aliquem in contingentibus/id quod dicimus/non pocius hoc quam illud. Horum uero nullum seruari/ab his qui ex necessitate omnia fieri dicunt/si quidem ea seruare nil aliud est/quam quibus significatis hec esse nomina imposita creditum est/hec minime amouere/alia enim significata nominibus subicientem/quia illa maneant/putare & nomina ipsa manere/non est eorum qui seruant posita. Non enim seruat quis aliqua a fortuna fieri/qui naturam aufert eorum/que ita fiunt/& nomen his que ex necessitate fiunt/fortunę imponit. Sed quod ea ostendere potuerit seruari/de quibus fotunę nomen prędicari creditum est. Dicitur quippe ab omnibus qui communibus & naturalibus notionibus innitútur/hec a fortuna & casu fieri/quę causis aliorum quorundam productiuis pręcurrentibus/superueniunt. Nam cum ei quod alicuius gratia fit/non id occurrit cuius gratia fiebat/sed aliud quod nec a principio sperabatur/hoc a fortuna factum fuisse dicitur. Hoc inquam per se suę generationis causam non habens/per accidens habet causam/quę ad alterius generationem facta est. Et quod hoc ipsum dicant omnes a fortuna fieri/ex hoc euidens est/quod hoc ipsum Significatum subi-

ciunt/his que a fortuna fieri dicunt. Thesaurum si quidem dicũt a fortuna aliquem inueuisse/si alterius cuiusdam/non Thesauri inueniendi gratia/Fodiens/incidit in Thesaurum. Huius enim gratia fodiens/non a fortuna inuenisse dicitur. Id.n. ei occurrit/cuius gratia fodit/at si cui de Thesauri inuentione nulla erat cura/sed id agebat alterius gratia/Inuentio Thesauri occurrit ut illius finis. Hũc a fortuna Thesaurum iuuenisse omnes dicunt. Sed & argentum fortuna aliquem tulisse dicunt/cum alterius gratia accedens ad forum/in habẽtem argentum debitorem incidẽs/quod sibi debebatur/accepit. Nam cuꝫ progressus in foꝝ/principalem alium haberet finem/acceptio eius quod sibi debebarur/occurrit/ut finis. Per accidensqꝫ factum est/hoc quidem effectrix causa/Illud uero huius finis. Non enim a fortuna diceretur quis debitum accepisse/si huius gratia ad forum accessisset/quia propositum sibi finem habuit processus ĩ forũ. Equus quoqꝫ qbusdam casu seruatus fuisse dicitur/quando alimenti causa/aut alicuius alterius spe/aufugit detinentes ipsum. Eius uero fugę & cursui occurrit/ut in dominos incideret/& quid opus est uobis plura exempla exponere? aut certius & exactius de prędictis loqui? sufficit enim ad prius dicta/Ostendere de qbus significatis prius dicta nomina prędicentur. Cuꝫ ergo eiusmodi sint/que a fortuna & casu fiunt/ut non fiant a pręgrediente causa/que enim raro his que ante ipsa facta sunt/occurrunt/fortuna & casu fiunt. Quo

pacto fortuna & casus a prędictis seruabitur/ quibus omnia pręcurrentibus quibusdam & pricipalibus causis/& sunt q̄ sunt & fiūt q̄ fiunt/singulis eoꝝ que fiunt precedentem aliquam causam habentibus. Qua existēte aut facta/necesse est & ipsa/aut esse aut fuisse facta. Cum nihil prius dictoꝝ seruātes/de altero quodā fortunę nomen posuerint/nam eo ꝙ illud non auferatur ab eo qui omnia fieri ponit ex necessitate/neq; fortunam auferri dicere/Decipientium est se ipsos pariter & audiētes. Hoc enim pacto nihil prohibet idem esse dicere Fortunam & fatum. Tantum q; ab esse ab eo quod est fortunam auferri/ut & omnia que fiunt/a fortuna fieri dicant. Sed non ad seruandum fortunę nomen causam habuerunt/sed ad auferendum sic fieri quedam/de quibus fortuitum & casuale dicitur. Fortuna; definientes/causam incognitam humano intellectui/Fortunę significatum quoddam inducunt & imponunt. Vti siquidē ad huius probatiōem exemplo illo/quo dicimus quosdam casu ęgrotare/cu; incerta & incognita nobis fuerit Egritudinis causa/falsum est. Non enim ceu existente aliqua causa/sed sibi incognita/ita homines dicunt/sed de his casuale prędicant/que sine causa facta fuisse crediderunt. Nullus quippe/cuius querit causam/ ut illa existente/casu illud factum esse dicit. Immo nec quod sibi quis casu persuadeat factum esse/huius causā quęrit. Idcirco nec medici de his ita dicunt/etiam si ipsorum effectrices causas Ignorent. Non enim de his que diximus/

ceu de omnibus que a fortuna fieri dicuntur/sed de aliis quibusdam magis propria est ipsa fortunę ratio/de quibus predicatur. De quibus nullus/ueluti his que a fortuna fiunt/unq̃ aliquid dixit. Nam inuentionis Thesauri & eius quod est debitum accepisse/nõ sunt immanifestę humano intellectui causę/sed manifestę & certę Inuentionis enim fossio ipsa/acceptiõis debiti accessus in forum. Nam nec ille non fodiens inuenisset/nec hic non accedens in forum/debitum accepisset. Sed quia nõ principales sunt horum prius dictę causę/sed alterius cuiusdam gratia fiebant/Iccirco a fortuna fieri putata sunt. At occultę pocius incertęq; humano ratiocinio/illorum causę fuerint/que per quasdam antipathias hoc est repugnantias fieri credita sunt. Ignorata causa propter quam fiant. Huius generis quoq; appensilia queda; putãtur/que rationabilem nullam & probabilem causam habent/hec faciendi. Incantationes etiam quedam & magię huiusmodi sunt. Horum enim ab omnibus conceditur esse incerta causa/ob idq; incausata ipsa dicunt. Sed nullus hec a fortuna fieri dicit. Quia creditu; est per determinatam causam facere que facit/quod certe arguit/que a fortuna fiunt/non quia occulta sit causa/sic fieri dici/sed q; careant causatione pręgredientis & principantis causę. Eiusmodi itaq; sunt que de fortuna ab ipsis dicuntur/& ita propositis consonantia.

Contingens ęquale seu utrumlibet auferri ab his q oĩa ex necessitate fieri Arbitrantur. Cap. Sextũ.

T q,/& contingens ipsum/& utrumlibet fieri
a quedam/ab his qui omnia ex necessitate fieri
dicunt/omnino auferatur/ per se constat. Si
quidem illa proprie contingenter fieri dicũtur. In quibus
etiam posse non fieri locum habet. Sicut & uerbum id
quod utrumlibet dicimus notum facit/que uero ex ne/
cessitate fiunt/non contingit non fieri. Dico illud neces/
sarium non de eo quod ui fit/neq; in id significatum qs
dirigat nomen. Sed de his que natura fiunt ab aliqbus/
quorum opposita impossibile est fieri. Quo pacto itaq;
non absurda illa sunt & sensibus aduersantia? Vsq; ad
hoc necessitatem dicere peruenisse/ut nullus motu aliquo
moueri possit/nec aliquam sui partium mouere/motu
quo & non mouere posse tunc possibile sit. Sed omnem
Capitis & Ceruicis circumuolutionem/& extensionẽ
alicuius digiti/& attollere supercilia/aut aliquid eiusmo/
di/quasdam principales causas sequi. Ita ut a nobis nũq̃
nõ fieri/possint/Cum presertim in his que sunt & fiũt/
magnam rerum differentiam conspiciant. Ex qua disce/
re facile sit/non omnia has antecedentes causas sequi.
Videmus sane eorum que sunt/aliqua nullam haben/
tia potestatem/ut in oppositum eius in quo sunt mutẽ/
tur. Alia nihil minus in opposito/q̃ in eo in quo sunt/
esse posse. Ignem namq; impossibile est frigiditatem su/
scipere/que eius innato Calori contraria est. Sed nec nix
cum maneat nix calorem suscipit/aqua uero & si frigi/
da sit/fieri eque potest/ut frigore abiecto oppositum ei

calorem suscipiat. Eodem modo possibile est & seden-
tem stare & motum quiescere/& loquentem tacere/& in
numeris huiuscemodi aliis inuenire quis posset/pote-
statem quandam inexistentem cõtrariorum Capacem.
Qua propter si que ex necessitate in altero sunt/potesta
tem non habent suscipiendi eius in quo sunt cõtrariuꝫ/
non utiq; ex necessitate in illo fuerint/que contrarii eius
in quo sunt suscipiendi/uim habent. Si uero non ex ne-
cessitate/contingenter/quod uero cõtingenter in aliquo
est/sic in eo est ut non ex necessitate/sed ut contingenter
in ipso factum est. At quod contingenter factum est in
aliquo/& non fieri in illo possibile erat. Est enim & sin
gulum horum in quo est/quia possibile erat ipsuꝫ & in
altero & in opposito eius esse. In quo auteꝫ est nunc/nõ
ex necessitate simpliciter est in hoc/ex potestate quaꝫ ha
bet ad opposita. At qui que sic in aliquibus suut/nõ ob
aliquas pręgredientes causas/ex necessitate ad hec ducen
tes/in illis sunt. Quare si que contraria ęque recipiendi
uim habent/& contingẽter sunt in quibus sunt/& non
sunt/in quibus non sunt/infinita utiq; fuerint/que con
tingenter esse & f eri possint. Absurdum enim est/ęque
necessario/dicere/in aliquo esse/& que non possunt
contraria his in quibus sunt suscipere/& q̃ pariter quo
cunq; tempore hec & ipsorum opposita/suscipere pos-
sunt. Si enim que necessario in aliquo sunt/sui contra-
rium suscipere non possunt/sequitur ut que contrarium
sui recipere possunt/nõ necessario sint in eo in quo sũt:

Verum dicere/ꝙ si omnia Fato fiant/non Iccirco aufe/
ratur possibile & contingens/eo ꝙ possibile sit illud fac/
tum iri quod a nullo factum iri prohibetur/quãuis nõ
fiat/eorum uero que Fato fiunt non prohibetur opposi
ta facta iri/quare & si non fiant/possibilia tamen sunt/
& huius quod facta iri minime prohibeantur/demon/
strationem afferre/prohibentia ipsa nobis esse incogni/
ta/que nam sint/que enim causę sunt ut fiant opposita
his que Fato fiunt/Hec & ut non fiant eisdem ipsis cau
sę sunt/si quidem impossibile est ut dicunt eisdem circũ
stantibus opposita facta iri/sed quia cognita nobis sũt
que nam sint/propter hoc quin fiant prohiberi non pos
se/dicunt. Hec certe dicta nõ ne ludentium pocius sũt/
in his que minime ludo indigent? Ignorantia si quidem
nostra/nihil ut res sint/aut nõ sint/facit. Nam sic dicen
tes significant/ꝙ ex nostra coguitione possibile iudicet̃/
ex eorum opinione. His.n.q eorum causas cognoscũt/
(hi uero uates sunt) non erunt possibilia/cum possint
q cognoscunt ea ipsa impedire. His uero q Ignorãt pos
sibilia erunt/a qbus non ꝓhibentur. Seruantes itaq; na/
turã possibilis eo modo quo diximus/ꝓpter hoc dicũt/
ea que Fato fiunt & si in euitabiliter fiant/non ex neces/
sitate fieri/cum possit in his etiam oppositum factuȝ iri/
possibili sumpto ut diximus. Sed hec ludentium potius
sunt/q̃ tuenium huiuscemodi Placita. Simile huic & il/
lud est quod dicitur. Enunciationem illam/Cras erit na
uale Bellum/ueram esse posse/nõ tamen & necessariaȝ.

Si qdem necessarium est semper uerum. Sed hęc nō erit ulterius uera/cum fcm̄ fuerit nauale Bellū: At si hęc nō ē necessaria/nec significatū eius fuerit necessariū. ex necessitate. s. fore nauale bellum. Sed si erit non tñ ex necessitate/uera/cum uerum sit fore nauale Bellum/& non ex necessitate/contingenter ꝓculdubio erit. Si contingenter/nō tolletur quedam etiam fieri posse cōtingenter/ab his q omnia Fato fieri dicunt. Rursus & hoc ludentium ē pariter & ignorantium ea que dicunt. Neq; enim omne quod ex necessitate fit/necessarium est. Si qdem quod necessarium est/ęternu; est/quod aūt ex necessitate fit/hoc ipso ꝙ fit/eiusmodi esse prohibetur. Nec ipsa enunciatio que hoc dicit/est necessaria. Nisi quod ab ipsa significet/eiusmodi sit/Nō. n. oīs enūciatio ī qua necessariū cōtinet/ē necessaria/cū nō ex hoc iudicet enūciattio necessaria/sed ex eo ꝙ nō possit ex uera mutari ī falsam. Si itaq; ñ ē necessaria/nihil ꝓhibet ipsā eē uerā/eo mō quo illa/Cras erit nauale bellū. Si. n. ꝑinde ac illa q̄ necessaria fit ex necessarii appositiōe/ñ ē uera nisi facta fuerit necessaria/ex necessarii appositiōe uera utiq; ꝑmanebit/simili mō quo ea q̄ sine huismodi additiōe dr̄. At si hoc ē ueꝝ/trāsacta die Crastina/uera erit & enūciatio illa/ex necessitate factū eē nauale bellū. si uero ex necessitate nō cōtingenter. &. n. si uera ē illa/Cras erit nauale Bellum/semper factum esse nauale Bellum secūdum factum erit/si oīa q̄ fiunt/Fato fiunt: Sed si fato ineuitabiliter/si in/

euitabilem/non contingit:non esse factum/ quod non contingit non esse factum/hoc impossibile est non esse factum/quod impossibile est non esse factum/quo pa/cto possibile est dicere/ q͞p contingat hoc etiam non fieri? quod enim impossibile est non fieri/necesse est fie/ri. Omnia ergo que fato fiunt/ex necessitate fiunt/secun dum eos/non autem contingenter/ut ludentes dicunt.

Ab his q omnia fieri dicũt ex causis principalibus/ tolli omnem consultationem. Caput septimũ.

i TERVM huic quod dicitur/omnia que fi unt/pręcurrentibus qbusdam & determina/tis & pręexistẽtibus causis fore/id absurdum consequitur/frustra homines consultare/de his que sibi agẽda sint at si consultatio frustra/frustra quoq; ipse ho mo cõsilii potens dicatur necesse est. Sed si natura nihil ex his que principaliter intendit/frustra facit/ Hoĩe; ue/ro aĩal esse cõsultoriũ principaliter a natura fit/nõ ut qd consequẽs aut superueniens his que principaliter fiunt/ concludetur utiq; non esse homines temere consultatio/nis participes. Quod uero consultatio ipsa frustra sit/Si omnia ex necessitate fiant/facile fuerit cognoscere his q consultationis necessitatem norunt. Fatemurqppe om/nes hoc a natura cęteris animalibus pręstare hominem ipsu;/q͞p non sicut illa Imaginationes sequatur. Sed ha beat iudicatricem occurrentium uisionu;/quę nam sint eligibiles/rationem. Qua utens si quidem examinata/

que uisa sunt/eiusmodi sint/cuiusmodi a principio ui/sa sunt/assentit Imaginationi/& sic aggreditur illa/si uero alia uidentur/aut aliud quid rursus eligibile/Illud eligit/Id prętermittens quod a principio ut eligibile sibi uisum est. Multa profecto cum a primis Imaginationibus diuersa nobis uisa essent/Nō permanserunt in apprehensione/increpate ipsa/ratione. Iccirco & si quantū ad imaginatiōem in eis factam/facta fuissent/nihilominus post consultationem de eis habitā/facta nō sūt. Cum & consultationis & electionis eorum que ex consultatione supersunt/nos simus Domini. Quapropter nec de ęternis consultamus/nec de his que omnes fieri ex necessitate/fatentur/quoniam nobis ex consultatione de ipsis habita/nihil plus acquiratur. Verum nec de his que & si ex necessitate non fiant/in aliis tamé quibusdam sunt/Consultamus/cum nulla ex illis/nobis utilitas acquiratur. Neq; etiam de his que & si a nobis fiant tamen pręterierūt/eo ꝙ ex horum consultatione/nihil habemus/quo indigeamus. Sed solu; de his cōsultamus que a nobis fiūt/& futura sunt. Vt scilicet habituri aliquid/per id/plus ad electionem & actionem ipsoru;. Nam si de his de quibus nihil prorsus pręter consultationem solam habemus/non consultamus/euidés est/de quibus consultamus/Ceu plus aliquid ex consultatione/pręter ipsam consultatione; habituros/nos cōsultare. Nam & ipsum cōsilium adipiscimur/etiam de aliis consultantes de quibus diximus. Sed quid nam est

quod ex consultatione adipiscimur/hoc nempe/ ꝙ cum optionem habeamus electionis agendorum /illud eli/ gamus & agamus/quod rationi eligibilius nobis uisuꝫ fuit/quod ꝓfecto non prius cõsultantes nõ egissemus. Quia aliud forte egissemus/quod nobis occurréte Ima/ ginationem sequentibus uisum esset. Hoc uero nimiruꝫ agere potuerimus/si non omnia coacte agamus. At si oĩa agamus qbusdã ꝓgrediétibus causis/ita ut nullã agé di & nõ agédi aliqd eorũ q̃ agimus/optioné habeamus/ sed determinate singula/nõ secus ac calefaciens ignis /& Lapis/deorsuꝫ latus& Cylinder q ꝑ decliue circunuolui tur/quid ulterius nobis ad agendum/ex ipsa consulta/ tione de re agenda relinquitur? quod enim anteq̃ consul taremus egissemus: Idem etiam post consultationé age/ re cogimur. Verum hoc ét in his quein nobis non sunt agere potentes ut inutile recusauimus. Inutilis igitur est ipsa consultatio/etiam in his in quibus ipsa ut re qua/ dam utili nobis tradita/utimur. Ad quod sequebat̃/fru stra nobis a natura uim consultatoriam fuisse traditaꝫ. Cui si addatur/id quod his ipsis & omnibus in uniuer sum Philosophãtibus uisum est/nihil a natura frustra fieri/sublatum profecto & id fuerit/ad quod sequebatur frustra nos uim consultandi habere/hoc iterum ad id se quebatur/quo dicebatur/nos eoruꝫ que a nobis agunt̃/ optioné non habere qua ad contraria possumus. Sed cũ auferẗ ex dictis ut ostensuꝫ est/consultatio ipsa/tollitur ꝓculdubio & id qđ est in nobis. Hoc.n.in nobis eé oés

putauerũt/(qui non positionis alicuius assertores sunt) quod agendi pariter & non agendi Dñi sumus. Non sequentes externas aliquas causas que nos ducant. Nec ipsis dantes manus/quatenus illę agant/& electio est proprium hoium opus circa hoc ipsum. Nam ad id quod prius est ex consilio iudicatum/impulsus cum appetitu electio est. Iccirco nec in his que necessario fiunt est electio/neq; in his que non necessario/sed non a nobis/uerum nec in omnibus que a nobis: sed in his tãtum que a nobis fiunt/que & agendi & non agendi ęque Domini sumus. Qui enim de aliquo consultat/agendum ne sit illud aut non agendum consultat/aut studens/ut circa aliqd bonum/quęrit ea qbus id consequatur. Et si cũ quęrit/in aliquid quod fieri non possit/incidat/desistit ab hoc. Desistit quoq; eodem modo ab his que & si possibilia sunt/non tamen in eo sunt. Progreditur itaq; in rei propositę inquisitione/donec aliquid ei occurrat/cuius se habere optionem intus/credit/post quam ab ipsa consultatione cessans/Ceu qui indagationem ipsam ad id deduxerit/quod est actionum principium/incipit rei ꝓpositę actionem. Fit & ab ipso inquisitio/Ceu optionem habente/agendi etiã contraria/nam de singulo eorum que sub consilio sunt/fit inqsitio a cõsultãte/Vtrũ hoc aut ei contrarium sit mihi agendũ. Ex quo oĩa pręgredientibus causis fieri/& Fato dicere/falsum est. Redarguit namq; ueritas agibilium/opiniones quę de ipsis errauerunt. Quo errore omnes homines/a natura

ductos esse absurdissimum est dicere. Quod. n. hanc de agẽdis facultatem prius haberemus/ut etiam oppositũ possemus eligere/nec omne quod eligimus habeat pgre dientes causas/qbus impossibile sit nos nõ hoc eligere/ abunde ostendit de electis supueniens sępe pœnitentia. Pœnitet. n. qñq3 nos & nos ipsos accusamus de incuria circa cõsilium. Ceu qbus elegisse & nõ elegisse hoc ip3/ inerat facultas. Sed & si alios uiderimus non recte de agẽdis ptractantes ipsos increpamus/qbus peccantibus putamus nõ esse ut sociis cõsilii utendũ. Ceu nobis facultas insit hos ad cõsiliũ Socios adhibere & nõ adhibere. Eo q̃ q̃dã alia horũ psentia ageremus & nõ ea q̃ agimus. Sed q̃ id qđ in nobis est de his pdicet̃ in qbus est in nobis facultas ẽt opposita capiendi/cũ ex se notũ sit/ satis cõmemorãt que prius dicta sunt.

Ab his q oĩa ex necessitate fieri dñt/ĩduci aliũ modũ eius qđ ĩ nobis ẽ hoc ẽ liberi Arbitrii. Cap. viii.

c VM aũt ipsum huiuscemodi sit/q̃ hoc seruet̃ ab his q oĩa Fato fieri dñt/nulla oĩno argumẽtatione ostendũt/cum sciant se illud impossibibꝫ aggredi. Itaq3 ut in fortuna/supponẽtes aliud quoddam significatũ nomini fortunę/seducere tentant/ eos audiẽtes/ut seruãtes ẽt ipsi a fortuna fieri q̃dã. Ita & de eo q̃đ in nobis ẽ faciũt. Tollẽtes. n. hanc ipsam hoĩs facultatẽ/qua eligere põt & agere opposita/dñt in nobis aliqd esse qđ fit & p nos. Quoniã. n. aiunt/eorũ q̃ sunt/ & fiũt naturę alterę sũt & diuersę/nõ. n. eędẽ sunt aĩato/

rum & inanimatorum/nec aĩatorum oĩum eędem rur/sus/differentię si qdem entium scd'm speciem/diuersas quoq; esse eorum naturas ostendunt. Fiunt aũt a singu/lis oĩa q̃ fiũt/p ꝓprias naturas/que qdem a Lapide p Lapideã/q̃ uero ab igne p igneã/& que ab aĩali rursus p aĩalem. Nullum aũt eorum que per ꝓpriam naturã in singulis fiũt/posse se aliter habere dñt/sed singula eo/rum que fiunt/ab ipsis necessario fieri/necessitate nõ no tante uim/sed ex hoc q' non possit quod ex ꝓpria natu/ra ineptum est. Hac itaq; ratione cum huiusmodi sint q̃ circunstant. Impossibile est non circunstare ipsi rei/im/possibile quoq; est aliter quodammodo & nõ ita moue/ri/nam nec Lapidem si a supremo aliquo loco demissus fuerit/posse non fieri deorsum/nullo impediẽte/cum in se grauitatem habeat/quę huius motus ẽ naturale prin/cipium/Cum & externę causę quę ad motum naturalẽ Lapidi opitulantur/affuerint/ex necessitate Lapidem/ut ex natura affectus est/ferri. Omnino autem & necessa/rio has tunc ad esse causas/a qbus mouetur. Cum non solum non possit non moueri cum hę affieri ut/sed ne/cessario moueri tunc. Fieriq; hunc motum a Fato p ip/sum Lapidem. Idem & in aliis est sermo. Queadmodũ autẽ in inanimatus se habet/ita & in ipsis se habere ani malibus dicũt. Esse si qdem quendam animalibus mo/tum scd'm naturam/huncq; eum esse/q per impulsum fit/cum omne animal qua animal est p impulsum mo/ueatur/motu qui a Fato per ipsum animal fit. Que cũ

ita se habeant/fiantq; actiones & motus in mundo ab ipso Fato/alii per terram exempli causa/alii per Aerez/ alii per Ignem/alii per aliud quid. Fiantq; alii rursus p ipsa animalia/huiuscemodi autem sunt motus qui per impulsum fiunt/motus qui a Fato per animalia fiunt/ in ipsis esse animalibus dicũt/eodemq; modo ut in aliis omnibus/q̃tum ad ipsum necessarium attinet/fieri. Cuz & his opus sit ex necessitate externas causas ad esse tunc ut & ipsa motum ex se/& qui per impulsum fit/ex ne/cessitate sic quodammodo agant. Verum quia anima/lium motus per impulsum & assensum fiunt/illorũ ue/ro alii per Grauitatem/alii per Caliditatem/alii per quã dam alterã eius generis qualitatem/hunc qdem in ipsis esse animalibus/aliorum uero nullũ in Lapide aut Igne motum esse dicunt. Eiusmodi itaq; est ipsoruz de eo qđ in nobis est ut breuibus dicamus sententia.

Eos qui oĩa Fato fieri dicunt/non recte sumere id quod in nobis/nec in uero sensu. Cap. nonũ.

a T uidendum est/an hec dicentes seruent eas quę passim ab hominibus feruntur de eo qđ in nobis est existimationes. Qui enim inqui/runt ab his quo nam pacto/cum omnia fato fiant/cu/stodiri possit quod est in nobis/non nomen solum po/nentes eius quod est in nobis hoc inquirunt/sed & signi ficatuz illud/qđ αὐτεξούσιον /hoc est qđ ex se faculta tem habet/ob id enim ꝙ huiuscemodi esse creditur qđ ẽ in nobis/castigant eos/qui ex necessitate omnia fieri di/

cunt. Hi uero cum dicendũ esset aperte/ nõ seruari/ curq; non seruet͛ quęrendę & assignandę causę/ qm̃ hoc omnino admirabile uidebãt/ pluribus inuentis eius qd͛ in nobis est/ significatis/ uacillãtibus ex cognatione nominis audientibus/ putant euitare absurda oĩa/ quecũq; eos sequuntur q oĩa ex necessitate fieri dicunt. Cęterum cum hec ipsi dicant/ Interrogauerit qs non ab re/ cur cũ aliud per alia ab ipso Fato fiat/ & p ꝓpriam singulis entium naturam fatum agat / de nullo aliorum/ qd͛ dicimus in ipsis esse prędicant/ pręterq̃/ de solis aĩalibus. Nam ea oĩa qbus dicunt/ in aĩalibus esse que per ipsa aĩalia fiũt/ in singulis aliorum/ pariter afferre possumus. Cũ enim aliter non fieri possint que p aial fiunt/ nisi p impulsum animal moueat͛/ cum p eius assensum & impulsũ fiãt/ hec in ipso aiali esse dicunt/ ex necessitate qdem ab ipso futura/ nõ. n. possunt alio modo fieri/ cum non p aliud qd q̃ p hoc/ neq; alio modo q̃ hoc/ fieri possint/ ob id ipsa esse in aĩalibus putantes. Verũ hoc ipsum & in aliis oĩbus dicere possumus/ neq;. n. qd͛ p igné fit/ p aliud fieri poterit/ neq; alio modo p Igné/ q̃ p eius calefactionẽ/ qua pp̃ cum nõ alio modo fieri possint/ que p Igné fiũt/ q̃ si ipse calefaciat/ & si calefaciat/ erunt/ si nõ calefaciat ñ erũt/ erũt porro & hec ip̃a ĩ Igne/ eadé quoq; & ĩ aliis singulis dr̃e possumus. Quid. n. longiori sermone opus é? Cũ iam aptũ qd͛ dicit͛ fcm̃ sit. De noĩbꝰ qdé nõ inuidemus. At putare aliqd plus/ in his q̃ p ipsa fiũt/ aĩalibꝰ eé tradédũ/ q̃ rebus aliis/ quę & ipsę agendi aliqd uim hñt/

cum nihil plusq̃ ipsum nomen in eis seruent/hoc ipso accusandi sunt/ueluti qui ex nominis comunitate deci/piantur/aut alios decipere uelint. Enimuero hac in re illud ab ipsis iure quis admirabitur/quid eos cogat/ut in impulsu & assensu/quod in nobis est esse dicant. Ob quod & in omnibus animalibus eodem mõ ipsum ser/uent. Non enim in hoc statuitur/qd' est in nobis/ut oc/currentes Imaginationes sectemur/& ad id quod uidet̃ nobis/cum impulsu moueamur/Nam hoc forte ipsius Vltronei constructiuum ostensiuumq; fuerit. Sed non est idem Vltroneum & quod in nobis/Vltroneũ enim est quod ex nõ coacto assensu fit. Sed quod in nobis id est quod cum assensu rationali & iudiciario fit. Vnde si qd in nobis est illud & Vltroneũ est/non tñ quicqd ul/troneũ est/illud in nobis est. Vltro eniꝫ & aĩalia bruta/p assensum & impulsuꝫ q in ipsis est/oĩa faciũt. At p̃ter assensum rõnem eorũ que ab ipso fiunt/ponere ꝓpriuꝫ hoĩs est. Nam nil aliud est hoĩem esse rõnalem/q̃ ipsuꝫ occurrentium uisionũ/& oĩno agendoꝝ & nõ agendoꝝ/iudicatricem Inuentricemq; rõnem possidere. Iccirco & alia aĩalia que solis uisionibus subseruiunt/ex ipsis hñt causas assensuũ & impulsuũ/qbus ad actiões suas mo uent̃. Homo uero occurrẽtiũ sibi externarũ Imaginatio nũ de agibibus iudicatricẽ possidet rõnem. Qua cũ utit̃ singulas earũ examinat/nõ solũ an uideat̃ qualis uidet̃/sꝫ ẽt an hmõi sit q̃lis uisa ẽ. Et si rõe p scrutãs alterã eẽ ĩ uenerit/q̃ sit uisa. nõ p̃stat ei assẽsũ qa huiuscemõi sit. Sꝫ

potius quia nõ huiuscemodi est/insurgit in ipsam. Hac de causa & ab aliquibus que dulcia atq; suauia uisa sũt sepe abstinet/q̃uis illa concupiscat. Quia non habuit rationem uisioni consonantem. Pariter quoq; utilia quedam plerunq; recusauit/ rationi huic obtemperans. Si itaq; quod in nobis/est ĩ rationali assensu/qui per cõsultationem Gignitur/hi uero in assensu & impulsu/qui etiam absq; ratione fit/ipsum ponunt/apertissime ostẽdunt dictis suis se rudius & Crassius de eo quod in nobis est/pertractare/nec dicere quid nam ipsum sit & in quo fiat. Nam esse rationale/nil aliud est q̃ actionis habere principium. Nam quemadmodum alteri altera essentia est/statuitur enim animalis essentia in motiua ui seu impulsoria/quam habet secundum naturam/Ignis in caliditate & ui calefactoria/alterius In altero/ita & hominis/in ipsa rationalitate. Quod ideȝ ẽ/ac si dicamus/ ipsum habere principium/quo aliquid aggredi possit & non aggredi/& secundum idem ambo. Qua propter q hoc tollit/hominem proculdubio perimit. Videtur aũt rationeȝ pretermittentes in ĩpulsu quod in nobis est/ponere. Quia cum non in consultatione dicant esse quod est in nobis/procedit apud ipsos Cauillum. In impulsu si quidem habent dicere esse que in ipsis animalibus sunt/cum per impulsum fiant/eo q non possint absq; impulsu fecisse que per ipsa fiunt. At si in consultatione ponimus quod in nobis/ haud quaq̃ poterunt ipsi ulterius dicere/nõ posse que ab homine fiunt/alio mo/

do fieri. Cum homo uim habens consultoriam/nõ om
nia que facit cõsultans faciat. Nõ enim omnia que agi/
mus consultantes agimus/sed sepe cum agendorum oc
casio moram consultationi/non permittit/etiam nõ cõ/
sultantes quedam agimus. Plerunq; etiã ex Ignauia aut
aliqua causa altera. Si itaq; aliqua consultantibus nobis/
quedam cum nihil omnino cõsulamus fiunt/ non ha/
bet locum dictum illud/que per consultationem fiunt
in hominibus esse/quia nõ possit aliquid alio modo ab
ipso fieri. Quare si hec quidẽ cõsulentes/illa uero nõ cõ
sulentes agimus/sequitur que a nobis fiunt/non ita sim
pliciter fieri. Vt que ab animalibus/aut Igne aut corpo/
ribus grauibus fiunt. Si autem ab ipsa natura facultatẽ
habemus ut consulentes aliquid agamus/constat quoq;
nos facultatem habere/ut etiam consulentes aliud quid
agamus/& non hoc omnino quod consultantes egisse/
mus/modo uelimus.

Falsam esse opinionẽ illo℞/q motuũ & actionũ no
stra℞ causas externas inducũt. Cap. decimũ.

Q VOD uero dicunt/his que extrinsecus inue
huntur/eisdem specie circunstantibus/ut nũc
hoc/nunc illo modo agat quis/carentem cau
sa motum inferri/ob hocq; nõ posse/quod quis egit/hu
ius egisse oppositum/proculdubio est & hoc de his que
eodẽ prius dictis modo/neglecta sunt/Non enim om/
nino que ab aliqua causa fiunt/semper externam habẽt
sue generationis causam. Nam ex hac facultate est ali/

quid in nobis. Si quidem eorum que sic fiunt/nos auto/res sumus/nec externa aliqua causa superexigitur. Iccir/co que sic fiunt/absq; causa fiunt/cum ex nobis habeant causam. Homo namq; eorum que ab ipso fiunt/causa atq; principiu; est. Et in hoc hominis essentia statuitur/ut sic agendi habeat in se ipso principium/quemadmo/dum & sphęrę essentia est/ut per decliue circunuoluta fe ratur. Vnde alia omnia externas sibi circunstantes cau/sas sequuntur/homo uero non. Cum hominis essen/tia hoc principio & causa interna pręfiniatur/ propter quam non omnino sequatur externas sibi circunstantes causas. Et enim si nostrum de agendis iudicium ad ean dem semper intentionem spectaret/fortasse ratione ali/qua diceretur/similia de eisdem semper ferri Iudicia. Sed cum nõ ita se habeat/eligimus enim que eligimus/nũc ad honestum/nunc ad delectabile/plerumq; ad utile ali quid respicientes. & non sunt eadem horum effectiua/accidit ut nunc quidem ad honestum moti/hec ex occur rentibus/ꝓposita eligamus. Rursus uero alia/ad delec/tabile aut utile iudicium referentes. Nam quemadmo/dum non quęrimus alteram causam / propter quam ex grauitate interna terra deorsum feratur/aut animal agat que agit per impulsum/eo ꝙ horum singulã/cau/sam his conferant/que fiunt / natura huiuscemodi exi/stẽtia/ita nec de his que a nobis diuersa fiũt/ex his que aliis circunstãt/alia causa/Pręter hominem ipsum est in quirenda. Hęc enim est hominis Essentia ut princi/

pium sit & causa actionum suarum. At dicere q etiam consultantes uisis assentiunt / & ob hoc etiam Imaginationem ut alia sequuntur / falsum est. Non enim omne quod uidetur Imaginatio est. Nam Imaginatio absoluta & Nuda ratione / ab extrinsecus occurrentibus fit / sensuum functionibus assimilata. Vnde & in animalibus brutis uim habet maximam. Sed uidetur etiam quedam per rationem / que & a ratiocinatione causam uisionis sumunt. Que nullus recte Imaginationes dixerit. Qui enim per ratiociniuz ex consultatione penes se collectuz assentit alicui / ipse sibi ipsi assensus causa fit. Verum q neq; quod in nobis situz est / seruent / qui omnia Fato fieri dicunt / (non enim de quo quęrimus an seruetur secundum eos hoc ipsum seruatur / cum & causam tentent tradere propter quam hęc ipsa res omnino impossibilis sit) nec etiam causa quam tradunt ad tollendam huiuscemodi potestatem / uera sit / cum nihil rationi consentaneum contineat / ex dictis liqdo constat.

Eos qui omnia Fato fieri dicunt / omnem humanę uitę actionem auferre. Caput undecimum.

CAETERVM qui aliquam in nobis esse huiusmodi facultatez destruunt / cogunt quantuz ad eos attinet / uniuersam hominum uitā cōfundere & euertere. Si enim rebus ita se habētibus ut habent / nullus enim alicui ipsorum persuaserit / non agere eos que agunt / ueluti etiam agendi potestatem habētes / nec etiam aliquem aliorum / tantam uim habet ueritas

ipsa & a rebus ipsis indubitatã Fidem/si inq̃ his ita se habẽtibus tantam eorum opinio uim sumat/ut ex hac omnes homĩes credãt nos nullius rei auctores esse/sed semper sequi circunstantia/his dantes manus atq; assentientes/& agere que agimus/cum omnino hec ipsa agere cogamur/non enim posse nos aliud quid agere/cum circunstãtia huiuscemodi sunt/pariter quoq; rursus nõ agere/quia non possumus aduersari circunstãtibus/cũ huiuscemodi sunt/quid relinquitur aliud? nisi ut omnes homines ex eiusmodi credulitate/his quidem se gaudere dicant/que cum Labore aut aliqua cura fiunt/sed eligere uoluptates que cum ocio & facilitate acquiruntur/Cum que facienda sunt omnino futura sint. At si sic ipsi afficiuntur/& ea que aguntur sequũtur ad ipsorum electiones (profecto enim non ob ipsorum ementitam credulitatem/alio modo se res habebũt/q̃ habeant/)quid aliud relinquitur q̃ bonorum ab omnibus paruipensio quędam? Cum huiuscemodi bonorum possessio atq; pręsentia non nisi cum Labore acqratur/& Malorum electio/ueluti quę facilius & cum maiori delectatione possideamus. Vulnerabũtur hi sermonibus suis ab illis qui eoꝝ opinionibus persuasi/ad hoc deuenerunt. Poterunt enim illis non Iniuria/si accusabuntur respondere/non potuisse se aliud quid agere/cum essent circunstãtia huiuscemodi. Quos quo pacto iure increpauerint per hec placita? Cum eorum pręceptores fuerint. Verum non obiurgationes tãtũ/sed nec supplicia/hortatio/aut laus/

aut alia id genus propriam seruabunt naturam. Sed horum quodcunque etiam coacte fiet/ut & illa quibus hec insequuntur. Nam quo pacto circa Helenę raptum de Crimine accusabit Alexander Priami Filius? quo pacto etiam Agamemnon iure ipsum accusabit/cum & ipse quoque se non renuere dicat/nam si facultatem habuisset preuidendi/aut Alexander que ipsum circũstabant/& hortabãtur ad Raptum/aut Menelaus que ipsum ad indignationem Irritabant/aut Agamemnon ea/in quibus uelut sine Crimine existens ipsi insidiatur/merito essent in causa. At si iam diu & priusq̃ eorum aliquis omnino nasceretur ab inicio uere de singulo ipsorum/horum quodcunque predictum fuit/de quibus cum fecerit castigatur/quo pacto de his que fiunt recte accusabuntur? Preterea quo pacto exponet quis uirtutes ĩ nobis esse ac uicia/nam si eo mõ a nobis fiunt/ut illi dicunt/quo pacto alii laudantur/alii contra improbãtur? Ex quibus sequitur opinionem hanc nihil aliud q̃ Patrocinium ad mala conciliare. Videmus sane bonarum atque honestarum actionum/neminem Fato atque necessitati causam ascribere. Malo contra ob illam se dicentes esse huiusmodi. Quod persuasi etiam Philosophos dicere/quo pacto non/ut in prouerbio est/ipsi ad hec deuenient/aliosque hortabuntur? Quo etiam modo seruabũt qui hec dicunt/quam faciunt dii de mortalibus prouidẽtiam? Si enim deorum uisiones quas dicunt aliq̃bus fieri/per quãdam alteram fiunt precurrentem causam/ita

ut priusq̃ fiat aliqua ipsarũ/uerum sit dicere/huius qdẽ deos ipos curã habituros/illius uero minime. Quis hoc prouidentiam iure dixerit? quę non iuxta dignitatem sed ex quadam pręcurrente necessitate fit. Quo pacto etiã deorum cultus seruabitur/in his qui deos colendos esse opinantur? Cum in his qui ita agunt/ hoc non agendi facultas non addit. Fiet quoq; ab ipsis diis erga eos plus aliquid q̃ in aliis/ob id ꝙ & horum principia/priusq̃ hi essent/pręcesserunt. Tollit ẽt hic sermo diuinatoriã/sublato diuinatorię usu. Quid .n. nosse poterimus? aut quid ex noticia quam a uatibus consequetur/poterit aliqs euitare? Si nos hec tantum nosse/illosq; nũciare possibile ẽ/ad quorum singulum noscendum agenduʒ ue aut non agendum/etiam ante natiuitatem nostram cogebamur. pmanẽdi quoq; in his q̃ a diis p̃dicunt̃/nos minime sumus Dñi/eo ꝙ agẽdoꝝ a nobis iã p̃cesserint causę.

Opinionem eorum q omia Fato fieri dicunt in sermonibus eius esse falsam. Cap. xii.

qVOD itaq; opinio hęc uniuersam hominũ uitaʒ euertat/cuiq; nosce certe facile est. At ꝙ etiam falsa sit/satis hoc testatur/ꝙ ipsi huius placiti pręsides atq; assertores/Fidẽ sermonibus suis adhibere non possunt. Sic enim in omnibus suis liberum tuentur & ultroneum/ueluti qui nunq̃ ab altero huiusce modi placitum perceperunt. Quosdam qdẽ tentãtes ad aliqd hortari/quippe q hoc ipʒ agẽdi/Et nõ agẽdi optionem habeãt. Et his qui eorum sermonibus persuaden/

tur/eligere aliquā potentibus/qui illis tacentibus forte contraria fecissent. Alios uero in quibusdam accusantes atq; increpantes/ueluti qui indecentia agant. Tractatus etiam plures posteris conscriptos relinquunt/quibus in strui iuniores putant/quippe qui non impediantur hec ipsa conscribere ob aliqua huiuscemodi circunstantia/ sed facultatem habeant scribendi hec & non scribendi/ eligantq; potius ex benignitate scribere. Sed ommitant queso sermonum ambitionem/concedantq; id quod in nobis Dicimus/liberum esse & ultroneum/& principa tum tenere in eligendis oppositis agendisq;. Quod in his que hominibus occurrunt merito uersari/creditum est tam a Vulgaribus q̄ a legislatoribus. Est autē hoc/ eos uenia dignos esse/q inuiti huiuscemodi aliquid per/ petrarunt. Veluti quibus nō ob rem factam/sed ob mo dum agendi/supplicium sit deputatū. Quod certe nec aliorum nec horum ipsorum aliquis ut non recte fac/ tum accusat. Cum tamen his qui in factis ex ignoran/ tia aut ui/peccant/non minus essent uenia digni/quip/ pe qui & si que agunt cognoscant/facultatem tamen in se non habeant agendi aliud quid/his ꝗeis circunstanti/ bus/que & omnino ex necessitate circunstare uidentur/ eo ꝙ eiusmodi eorum natura sit/& sit propria eorū na tura Fato agere omnia que agunt/sicuti grauibus e sup̄/ mo demissis deorsum ferri. Et sphęricis si per decliue di mittantur/ex se moueri. Simile enim hoc est/ac si quis equum dicat supplicio dignum quia homo non sit/&

aliorum animalium quodcunq;/quia eiusmodi fortunã & non meliorem sit assecutum. Verum nullus phala/ris adeo impius aut stultus esset / ut de aliquo eorum q̃ hoc modo fiunt perpetrantem puniret. In quibus igitur sunt supplicia? An rationi consonum est/non in aliis q̃ in his que ex mala electione fiunt. Qui enim in his/quorum ipsi facultatem electionis habent/deserentes finem eorum que agenda sunt honestum scilicet & legem/lucri aut uoluptatis alicuius gratia/hec ipsa spernẽtes. Flagitia admittunt/hi ab omnibus hominibus digni supplicijs iudicantur/ueniam dantibus /his qui non ita peccant. Itaq; inspicere licet improbos homines admirabilem hac sententiam a Philosophis discentes /docere ipsos docentes/ꝙ & ipsi nihil minus/his qui inuiti peccant/sunt uenia digni/ut pote qui non ex aliquo extrinsecus cogente hec faciant/que faciunt/a quibus fortasse etiam cauere potuissent /sed ab ipsa natura que in ipsis est/nihil possibile est latentes fecisse/cum tamen nullaʒ his ipsis peccatorum causam prębeat. At si nec quiuis alius/nec ipsi huius placiti principes/ueniã darẽt alicui/qui hanc eorum que delinquuntur causam affert/ceu falsam & falsum enunciantem/proculdubio & ab his & ab aliis omnibus eodem modo creditum est esse quod est in nobis/non cuiusmodi ab his fingitur/cum ad ꝓpositam quęstionem cogitantes dicunt. Sed cuiusmodi ipsum esse oportẽt ex operibus ipsis & hi ipsi & omnes homines testantur/ꝙ non habent nõ omnia agendi fa/

cultate aliquid fiat sine causa/eo q eorum que sic fiunt/
homo ipse sit causa/cum ipse horum oium principiu
sit que ab ipso fiunt/) satis ostendisse pnt que dicta sut/
satis quoq psuaderi pnt/qui ad hoc ipsum tentant con/
tradicere. Si omnia q agunt/paulisper agere tradauerint.
Ne de his que dicut/mentiant/Fidem prestates illi dco
nih il eorum que fiunt/ita fieri / ut & id ipsum non age/
di facultatem habeamus tunc. Nam quisquis hoc credi
derit/nullu poterit accusare/neminem laudare/ nemini
consulere/nem inem hortari/non deos orare non eis gra
tias agere de aliqua re/nec aliud quid agere/eoru que iu
re facienda sunt/ab his qui & non agendi singula eoru
que faciunt/facultatem habere se credunt. At sine his ui
ta esset hominibus spernenda/cum nec omnino homi/
nes essent ulterius appelladi. Sed nec illud nobis imper/
scrutatum relinquatur/Si quis supposuerit non esse ue/
rum sic aliquid esse in nobis ut nos dicimus/& ipsa reru
natura sese habere confirmat/q omnia ex necessitate &
Fato fieri/sed equaliter utruq certum incertu ut esse/cui
nam opinioni credidisse hominibus sit tucius/minusq
periculosum/quodq falsum eligibilius. Vtru cum oia
Fato fiant/non ita se habere putasse/sed esse & nos age/
di & no agedi Dnos /cu aliqd et in nobis sit eo mo quo
diximus. Aut credere hoc quidem falsum esse/& omnia
que a nobis fiut ex facultate nostra/coacte fieri. An ma
nifestum est q qui omnibus Fato euenientibus/putant
se facultatem habere agendi quedam pariter & non age

di/nihil ex hac credulitate in agendis peccabunt/cũ neq͛ etiam ullius rei earum quę ab eis fiunt/Domini sint. Qua propter periculum peccati secundum hoc ad uerba usq͛ proficiscitur. At si cum etiam aliquid in nobis sit nec omnia ex necessitate fiant credamus nos nullius rei Dominos esse/multa pretermitemus eoruʒ quę a nobis merito essent agenda/& propter consultationem de ipsis/& quia propter Labores in agendis prompte subsidemus/segniores facti ad aliquid per ipsos agẽdum/ex hac pręcipue credulitate/ꝙ nobis etiam nihil de agendis negociantibus/euenturum omnino sit/quod futurũ est. Manifestum itaq͛ est Philosophantibus esse eligibilius/ut ad uiam quę minos est periculosa/se ipsos erigant/& alios ducunt.

Ratio sumpta ex ordine cãrũ in uniuerso/qua utuntur/asserentes omnia Fato fieri. Cap. xiii.

O PTIMVM preterea fuerit his pręconsideratis/ea etiam que de Fato ab ipsis dicũtur addentes/uidisse/an aliquam eiusmodi uim habeant/qua rationabile sit ex consonantia ad Veritatem ipsam/que manifesta admodum sũt despexisse. Erit autem nobis eatenns sermo de his/quatenus ad proposita utile fuerit. Dicunt quippe mundum hũc/cum unus sit/resq͛ omnes in se amplectatur/regaturq͛ a uitali & rationali & intellectuali natura/dispensatiõem entiuʒ hr̃e

perpetuam ordinem quodam & serie ꝓcedentez. In qua prima his que subinde fiunt/cause sunt. Oĩaqꝫ hoc pac/ to mutuo inter se cõnectunť/nihilqꝫ in ipso sic fit/ut nõ oĩno sequať ad ipsum/& annectatur ut causę alterũ qd/ nec aliqd eorum que subinde fiũt absolui potest a prius factis. Sed oĩno ad aliqd ipsorum seqtur uelut adnexũ/ nam & ad oẽ quod factũ ẽ/alterum qd conseqť/ex ipso necessario dependens/uelut ex cã. Et omne qď fit/aliqď habet añ ipsum/ex quo ut causa depẽdet. Cũ scilicet ni/ hil absqꝫ causa in mundo fieri aut esse possit. Eo ꝙ nul/ lum eorum que in ipso fiunt/absolui possit a prius ge/ nitis oĩbus. Diuelli namqꝫ & diuidi & non unum ulte/ rius mundum ipsum permanere ordine & dispensatiõe una gubernatũ/si motus aliqs incausatus inferať. Quẽ inferri necessariũ est/nisi ea que sunt & fiunt omnia cau sas aliquas habeant prius genitas quas necessario sequã tur. Simileqꝫ esse dñt & eodez mõ impossibile/fieri aliqd sine cã & ex nõ ente fieri. Eiusmodi aũt existentẽ uniuer si dispẽsationẽ/ex infinito in infinitũ/manifeste & ĩmu tabiliter fieri. Cũ ãt q̃dã sit in causis dĩa/quam exponẽ/ tes (mensis.n.cãm enumerãt) alias dñt esse prĩcipales/ alias cõcausas & adiuuãtes/alias ꝓximas/alias uero al/ terum qd/nõ.n.opus est sermonẽ ꝓtrahentes/oia q̃ ab ipsis dicunť addentes uolũtatẽ ipsorũ ostendisse in dog/ mate hoc de Fato/pluribus inq̃ existẽtibus causis/ęqua liter in oĩbus ipsis dicũt Verũ esse/ꝙ impossibile sit eis/ dem circũstãtibus oĩbus circa cãm & id cuius est causa/

nunc hoc modo nūc contrario euenire. Fore enim si sit fiat incausatum aliquem motum. Ipsum uero fatum & naturam & rationem qua uniuersum disponitur, deum esse dicunt, existētem in omnibus que sunt & fiunt, utētemq; omnium entium propria natura ad uniuersi dispensationem. Hęc est ut breuibus dicamus eorum opinio, quam statuunt de Fato.

Refellitur prius dicta ratio ceu falsas propositiones assumens. Caput decimūquartum.

ORVM uero que dicuntur falsitas non rationibus aliqbus aut ostensionibus seorsum indiget, sed est pse nota. Quę.n. ostensio pōt esse sermone ipso manifestior, q rebus nō cōsonat de q̄bus dicit? Enimuero qd̄ primo dicitur, fieri omnia primis, his que subinde fiunt, causis existētibus, & hoc mō se consequentibus rebus, q instar Cathenę ex primis secunda dependeant, quod ut Fati essentiam supponunt, non ne aperte a rebus ipsis dissonat? Si enim Filiorum Patres sīt cāę, & oporteat ꝓprias cuiusq; causas eqrere, ut sit homo hominis causa, equi equus. Cuius nam posteri cause fuerint qui neq; omnino nupserunt? Cuius pręterea Pueri, qui ante ętatem perierunt? Si qdem multa eorum que fiunt, ex defectu in quanto aut non mota aut corrupta prius, nullius fuerunt causę per innatam eis facultatem. Cuius etiam causas esse dicent, que in aliquibus corporis partibus excrementa nascūtur? Cuius monstra & que pręter naturam fiunt? que nec oīno per

manere pn̄t. Si autem cortex in plantis gratia eius est qđ semen continet/Id uero quod semen continet gratia se/minis/& irrigant ut alant/alant ut fructū ferāt/multa tn̄ in eis est inuenire que nō hoc modo fiant. Cuius.n. dixerit qs putrefacta & tabefacta semina causas esse eorum que subinde fiunt? Cuius ét foliorum quorundaꝫ geminationem? ex qbus euidens est his q uerum inspicere uolunt/& pn̄t/qđ quemadmodū nō oīa agere pn̄t/ita nec omnis q̄ facta fuerit causa/iam & causa est/aut facta est aut erit. Verum nec omne qđ fit/simul ac fcm̄ est iam est causa futuri alicuius. At cōtra uenientes dicere/ꝙ & hęc ipsa causę sunt/& effugere ad hoc ꝙ Ignotū sit cuius sint causę/ut & in ea qua ipsi Vtuntur pro uidētia/cogunt sępius facere/est excogitare subsidium indigentibus. Nam hoc utentes licebit & de omnibus maxime impossibilibus dicere/ꝙ & sūt & rationabiles hn̄t causas/sed nondū nobis manifestas. Vtrum igitur his ita se habentibus aliqd sine causa fiet? Et hoc sermo noster cōciliat? An seruari etiam pōt nullum eorū q̄ fiunt absq; causa fieri ét hoc modo se hn̄tibus rebus ut ipsi dicimus. Si.n. qescentibus a causarum resolutione/& ab hoc dicto/ꝙ ad ea que primo facta sunt/seqtur necessario/ꝙ ex nā sua futura sint cāę/ut pote q̄ in sui essentia causaꝫ amplectant/ab effectis & ipsis posterioribus assignationem causarum faciamus/nec non eorum que fiunt proprias queramus causas/nulluꝫ absq; causa fiet eorum que fiunt. Nec ob hoc ex necessitate/ab eiusmo/

di Fato erit omne quod fit. Nã non necessaeio Sophro-
nisus simul ac fuit iam & pater & causa fuit alicui po-
sterorũ. Sed si Socrates fuit ex necessitate/fuit ei Sophro-
niscus causa ex necessitate. Vt.n. existente fundamento
non necesse est domum iam esse factam/sed Domo exi
stente Iactum iam esse fundamentum necesse est/sic pu
tandum est & in his que natura fiunt/se habere causas
ex necessitate/ꝙ ad prima nõ sequitur necessario causas
esse quorundam/sed his que posterius fiunt/ex necessita
te habere quasdam antecedentes causas. Sunt tamen que
dam eorum que fiũt etiam eiusmodi ut habeant aliquã
causam nõ tamen propriam nec principalem/sed ut as-
sueti sumus dicere per accidens. Inuentus enim Thesau
rus ab effodiente causa serendi/habet fossionem causaꝫ
sed non propriam/nec quę propter ipsum fieret. Nam
quę proprię sunt causę aut ex necessitate solum/ut his
uidetur Aut plurimum consequens habent causatum.
Sed quę ita per accidens sunt causę/raro fiunt eiusmodi
effectuuꝫ causę. Qua ꝓpter hoc modo dicẽtibus simul
sequitur nihil dicere fieri absqꝫ causa/simulqꝫ seruare ꝙ a
fortuna & casu aliqua fiant. Esseqꝫ Liberum Arbitriuꝫ
& contingens in rebus/non uocem tantum. Quo pac-
to etiam non est aperte falsum/omne quod ad aliquid se
quitur ex illo habere causam ut sit/& omne quod aliqđ
pręcedit eidem esse causam: uidemus enim que se tem-
pore cõsequũť nõ oĩa ex prioribus & prius genitis fie-
ri. Nec.n. ẽ ambulatio pp surrectionẽ nec nox pp diem/

nec certamen Isthmiacum propter olympiacum. Nec propter hiemē ęstas/unde & admiratus quis ipsos non iniuria fuerit/qui hoc modo causarum assignatiōem faciunt/ut semper quod primo factum est/causam esse dicant eius quod est post ipsum. Et faciant nexum quendam & causarum continuationem/& hanc afferunt causam huius/ꝙ nihil absq; causa fiat. Cum in multis uideamus & prius & posterius factis eandem esse causaȝ. Surgendi quippe & Ambulandi eadem est causa. Non enim surrectio ambulationis/sed utriusq; surgens ipse & ambulās est causa. Et huius electio. Videmus quoq; noctis & diei ordinem quendam inter se habentium/eādem esse causam. Similiterq; mutatiōis temporum. Nō enim est hiems ęstatis causa/sed & horum & illius diuini corporis motus & circūlatio Et declinatio ī obliquo circulo/qua Sol motus oīum prius dictorū pariter ē cā. Et ꝙ nox nō ē diei cā/aut hiems ęstatis/nec sunt inter se cōplexa instar Cathenę donec hęc fiūt. Aut si ñ sic fiāt/ ñ diuellet̃ mūdi & eoꝝ q̄ in ipso st̃/et fiūt unio. Sufficiūt nāq; diuina corpora & horū circūlatio ad seruādā eorū q̄ in mūdo fiunt cōtinuationem. Verū nec ambulatio est causa/qm̄ ex surrectione nō habet cām. Quare hec causarū series ab ipsis dicta/nullam affert rōnalem causaȝ huius/ꝙ nihil absq; causa fiat. Nam quemadmodū motus ipsi & tempora/causam aliquaȝ hn̄t/sed nec motus/motū q eum pręcedit/nec tempus/tp̄s ipso prius. Sic se hn̄t & quę in ipsis & ꝑ ipsa res fiuut. Nam cōtinatiōis/

eorum que fiunt est aliqua causa/ ꝓpter quam mundus unus & sempiternus/ secundum idem & eodem modo dispositus/ hanc ipsam eorum que fiunt continuationē seruat & hanc oportet querere & assumere causam. Quę tamen non eiusmodi putanda est ut ex antiquiori fiat recentius/ ut uidemus in generantione fieri ipsorum animalium: Rationi etiam consentaneum est/ principium quoddam esse dicere in causis/ quod nullum ulterius ante se principium habeat. Non enim si omnia que fiunt causas habēt/ iam & omnium causas aliquas esse necesse est. Non enim omnia entia fiunt/ cum absurdissimū sit/ In infinitum dicere abire causas/ Ita ut nihil primuꝫ/ nihil ultimum sit. Nullam enim dicere esse primaꝫ causam/ causę rationem est interimere. Sublato namq; principio & id quod post ipsum est auferri necesse est. Interire & hac ipsa ratione scientiam necesse est. Si qdē est sciētia primarum causarum cognitio/ non est autem ut asserunt in causis primū. Pręterea nō quęcūq; ordinis transgressio destruit ea in qbus fit. Quędam. n. ēt pręter ordinem regis fieri possibile est/ quę tñ regnum ipsum non destruūt. Nec si aliq ad eiusmodi in mūdo fiat/ iā oīno soluta est mūdi felicitas. Sicut nec domus Dñi ue felicitatem/ quęuis seruorum iniqtas euertere pōt. Que uero dubitant aduersus Liberū Arbitriū an eiusmodi sit/ cuiusmodi a comuni hoium existimatione creditū est/ dubitasse/ rōe ñ uacat/ sed dubitatis ueluti cōcessis ductos/ destruere q̄ admodū manifesta sunt/ & umbratilē quādā

picturam & ludum ostendere hoīs uitā/& cōcertare du
bitantis aduersus ipsos/quo pacto nō oino Irrationale
est? Non.n.si qs Zenonis rōnes contra motum/soluere
non pōt/iam & motus est auferendus. Magis siqdē sa/
tisfacit rei ipsius operatio ad assentiēdum/q̄ oīs quę per
rationes ipsum destruit probabilitas.

Exponit̃ rō sumpta ex habitibus aī/qua auferebant
Liberum Arbitrium/& soluit̃. Cap. xv.

n EC inutile fortasse fuerit nos ēt ex his q̄ du/
bitant̃ ab eis/hec ipsa pręcipue/qbꝫ maxime
confidunt/Aggredientes/examinasse quo nā
pacto se habeant/forte.n.nihil nimis apparebit in eis.
Est itaqꝫ inter ea que dubitant̃ ab eis/eiusmodi Argum̄
tum quoddam. Si hec dn̄t/in nobis sunt/quorum ēt op
posita possumus/& in his sūt Laudes & uituperia/hor/
tationes & auersiones supplicia & honores/non pote/
rūt prudētes esse & uirtutes habere/qui iam habent/quo
niā non sint oppositorum uirtutibus uiciorūꝫ capaces.
Eodem modo nec uicia in malis/ cum hi non possint
esse ulterius mali. At qui absurdum est dicere/non esse
Virtutes & uicia in nobis/nec Laudes & uituperia in
his fieri. Non igitur seruant quod est in nobis/q uiciis
uirtutibusqꝫ non posse nos spoliari confitentur. Fortas/
se expeditius quod sumitur possemus utiqꝫ dicere/Eate/
nus esse in habentibus/ipsos habitus/quatenus priusq̄
eos acciperent/poterant & non accepisse. Nam & q uir/
tutes habēt/cum eligere meliora q̄ negligere maluerint/

sibi ipsis adipiscendę uirtutis fuerunt causę. Et proxime his qui uicia habent. Eadem & in artibus est ratio. Naꝫ & artifex unus qsqꝫ priusq̃ hr̃t arteꝫ/habebat & optioné ut artifex non fieret. Sed cum in artificem euasit/nõ ulte rius compos est ne sit & euadat eiusmodi. Si quidem ta lium generationes in nobis sunt. Et hac de causa nõ est eadem ueritas in futuris & his que sunt/autque iam fcã sunt. Quoniam id quod iam est/aut quod iam factum est/impossibile sit non esse aut non factum esse: At qd futurum est possibile est & non fieri. Iccirco priusq̃ uir/ tutem haberet aliquis/uerum erat posse ipsuꝫ & nõ eius modi euadere. Sed qui talis euasit/uerum est dicere ipsuꝫ iam euasisse. Si igitur ex generatione/prudens esset eius/ modi/hocqꝫ una cuꝫ aliis sibi a natura datis haberet/ab illa suscipiens/nullo modo hic ex sui facultate esset eius modi/sicut nec bipes aut rationalis. Nec ꝙ eiusmodi es set/Laudandus esset/sed admirandus potius/ceu qui ta le a natura donum esset assecutus. Veluti in sanis qui/ cunqꝫ natura imbecilles ex ꝓpria diligentia sunt eiusmo di/hos Laudamus/ut pote qui decétem sibi adhibuerint ꝓuidentiam ꝑ quam non ęgrotant. Eos uero qui ex na tura sunt sani/& qui absqꝫ fastidio & curis non ęgrotãt/ non Laudamus/sed beatos potius dicimus/ueluti sine Labore hoc ipsum habentes/quod & in aliis amabile ẽ/ in quos etiam cum Labore peruenerit. Eodé modo uel etiam magis in uirtutibus faceremus/si qui ex natura ip sas esset adepti. Quod in diis expedite facimus. Sed qa

nobis hoc impossibile est/nihil q̄ a natura impossibile est expetendum/siquidem ipsa est possibilis & impossibilis mensura/est enim uirtus perfectio & supremū naturę cuiusq̄ proprię/nequit autem quod imperfectū ē in ipsa esse pfectione/cū omne qd' fit/simul ac genitū ē/impfectū sit/seqt' ut nec homo ipse cū uirtute nasci possit. Fuit tamē ei natura auxiliatrix ad eius adeptionem. Cū ab ipsa uim facultatemq̄ habeat / qua illius capax sit. Qua nullum cęterorum animaliū prędītum est. Et ex hac potestate homo ab aliis animalibus natura differt. Q.uis a plerisq̄ eorum deseratur in corporeis exuberātiis. Si igitur hanc uirtutum capacem potestatē sic a natura haberemus/ut cum prouecti & profecti in sumus/etiam hanc sumeremus/ut ambulationem/ut Dentes/ut genarum Pilos/ut aliud quid eorum que nobis secūdum naturam adueniunt/neq̄ hoc pacto etiam essent in nobis uirtutes. Quemadmodum nec alterū quid eorum que dicta sunt. Cū neq̄ hoc modo ipsas possideamus. Si enī Prudentia & Virtus/ut cętera hominibus essent cognatę/omnes profecto aut saltem plurimi/ut cętera a natura consequimur/ita non facultatem solum uirtutum capacem/sed & ipsas sane uirtutes ab ipsa haberemus. Et hoc pacto Laudes & Vituperia & alia id genus frustra essent. Immo in uirtutibus & uiciis diuiniorem quendam pretextum & essentiam prȩsentię ipsarum haberemus. At quia non sic se habet/nam nec omnes nec plurimos uidemus/q uirtutibꝫ prȩditi sint

quod est eorum que natura fiunt/argumētum/sed amabile est unum saltem accepisse eiusmodi/ Qui per exercicium & doctrinam/ostendat ipsorum homniū ad cętera animalia/naturalem exuberantiam/p se addens necessarium quod deest naturę nostrę. Qua causa & ex nobis uirtutes ipsas acquirimus. Nec inutiles aut inanes sunt Laudes & uituperia. Et ad meliora promotiones. Nec uictus scd'm Leges p optimas cōsuetudines. Nam eorū q̄ natura aliqbus insunt/nullū unq̄ ex aliqua cōsuetudine potuit pmutari/nec ipsum graue tā sępe sursum proici poterit/ut assuescat natura sursuʒ ferri. Sed alii & alii mores hoīum ex diuersis assuetudinibus fiūt. Pręterea in naturalibus primū habitus ipsos adepti/sic ex ipsis operamur/nō.n.qa sępe uidimus/uisiuum habitum adepti sumus/sed ipsuʒ hn̄tes sic uidemus. At ī nō naturalibus/ex actionibus ipsos habitus acqrimus. Naʒ nec in fabrum lignarium qs euaserit/nisi q sępius illius actiones exercuerit ex supositiōibus docentis. Quare cū & uirtutes hoc pacto possideamus/agētes.n.actibus tēperatis/temperati efficimur/non inerūt nobis a natura. Qui uero dn̄t nos ex necessitate esse & fieri tales/nec facultatem nobis reliquunt hec ipsa agendi & non agēdi/ qbus eiusmodi euadamus/& ob hoc ipsum nec his qui flagitiosi fiunt/licere non hec agere/que agentes/tales efficiunt/nec ēt bonis/flagitiosissimum aīalium oīum a natura hoīem factum esse/fateant necesse est/cuius cā cętera oia facta esse dn̄t/ceu ad eius saluté cōducétia. Et

D

si uirtus & uicium sola bonũ & malũ sunt/ut aiunt/nec aliud ceterorum aĩalium alterius hoꝝ est particeps/oẽsq; aut certe plurimi hoĩes mali sunt/Immo unus tãtũ uel duo boni ab his geniti fuisse fingunt/ueluti quoddã ad mirabile aĩal & p̃ter naturam/Phœnice rarius quę est apud Aethiopas. At si oẽs mali/& ęque oẽs sic affecti/ut nihil distet alter ab altero/insaniuntq; eodem modo omnes quicunq; non sunt sapientes/cur non & animal omnium infelicissimum homo fuerit? Cum & uicium & insaniam sibi connata & non forte euenientia habe/at. Sed examinare plura que in placitis suis dicunt ad/mirabilia/que a Veritate dissonant a pręsenti sermone recusandum est. Redeundum autem est unde cõuersus fuerat sermo. Demonstrauimus quippe sic inesse pru/denti ut eiusmodi sit quia huius adeptionis & examina tionis ipse sibi ipsi est causa. Eo q̃ & ut non talis euade/re/prius optionem habuisset. Habitum tamen non ha bere/ut in se ipso. Sicut nec in eo qđ ab alto demissũ est/est ipsa quies. Q̃uis ut proiceretur & non proiceretur haberet facultatem. At in ipsis actionibus/quarum ha bitum habens/operatur/etiam aliqua non agendi uim habet. Nam & si q̃ maxime rationi consonum sit/pru/dentem uirum cum prudentia & ratione actiones suas agere/Primum quidem non determinate opationes istę eiusmodi sunt/aut ad hoc usq; actę/sed omnia que hoc modo fiunt/sunt in latitudine quadam. Et quod dici/mus parum deesse/in his propositum non interimit.

Prȩterea non coacte ea que eligit/prudens facit/sed ceu & non agendi aliquod horum ipse Autor existens. Rationabile namq; fortasse prudenti uisum fuerit gratia ostendendȩ in agendis Libertatis/etiam non fecisse quandoq;/quod de ipso rationabiliter dicitur/si aliquis ei uates prȩdixerit/facturum hoc ipsum necessario/quare & ipsi uates hec ipsa non absq; consideratione dicunt/fugientes namq; redargutiones occurrentes/nihil huiusmodi prȩdicunt/his qui redarguere possūt. Immo quéadmodum tempora ipsa prȩfinire/eorum que ab ipsis ꝑdicūt/ceu facile rep̄hensibile euitant/ita & aliqd cauét prȩsagisse his/qui ꝙprimū pn̄t uatcinii oppositū fecisse.

Ex deorum prȩcognitione non inuehi futurorum necessarium euentum. Cap. xvi.

dICERE uero rationi congruum esse/Deos ipsos futura prȩnosse/absurdum si quidem esse dicere eos futurorum aliquid ignorare/& hoc assumpto astruere inde tentare/ex necessitate omnia & Fato fieri/nec uerum est nec rationi consonum. Naȝ si hoc ipsa rerum natura concedat/nullos certe rationabilius est diis ipsis futura prȩnosse. Sed cum non possit ipsa eiusmodi prȩdictionem prȩcognitionemq; suscipere/nec deos ipsos rationabile utiq; fuerit/aliquid nosse impossibiliū. Que enim sui natura impossibilia sunt eandem etiam apud deos naturam seruant. Impossibile namq; est diis ipsis Diametrum lateri commésuratum fecisse. Aut bis duo quinq; esse. Aut eorum que facta

sunt fuisse aliquid non factum. (Neq enim principium uolunt ĩ impossibilibus / sic enim esset in his que dicantur Discordia.) Quibus ęque impossibile est / quod sui natura potestatem habet / qua fieri & non fieri possit / ut omnino futurum aut nõ futurum p̄nosse. Si.n. p̄cognitio de ipsis tollit ab eis cõtingentiam / pculdubio si hęc seruet / impossibilis erit de eis pręcognitio. Quod.n. etiã horum sñia hoc sic se habeat / inde euidens est / ꝙ ipsi assumentes deos futura p̄nosse / ex hoc astruunt ipsa ex necessitate fore. Ac si nisi hoc fieret / non p̄cognoscerẽt. Si aũt ad deorum precognitionem & p̄dictionem necessarium seqtur / etiam scd'm eos si nulla sit in his que fiũt necessitas / neq utiq dii futura prenouerint. Quare & ipsi eandem diis Impotentiam seruant / si p Impotentiã & Imbecillitatem uelimus dicere fieri hoc / qd' est Impossibilia non posse. Non itaq diis ipsis plus aliquid posse p prędictionem / addidere. Sed ex huius assumptione rerũ naturam eiusmodi inducunt / contraria penitus & dissona his que fiunt & manifestis dicentes. Nam hoc utentes licebit Impossibilia omnia demonstrare. Eo ꝙ rationi consonum sit / ipsa deos Ignorare non posse. Si qs.n. sumat absurdum esse deos ipsum infinitum Ignorare / quot habeat mensuras / ponens nouit hoc esse possibile / ꝙ infinitum terminatas mensuras habeat / nã si hoc nõ esset neq utiq dii quot haberet mensuras nouissent. Sed qa futura prenoscere est res ipsas eiusmodi quales sunt / cognouisse. (Aliud nãq est prenoscere aliud facere) p-

culdubio contingentia prȩcognoſcens/ut Talia prȩco/
gnoſcet. Non enim eſt prȩcognitio/ipſuȝ contigens/ ut
futurum neceſſario/fore dicere. Quare & dii contingen
tia ut contingentia merito prȩcognoueriut. Ad quod ex
huiuſmodi prȩſcientia non omnino ſequetur neceſſi/
tas. Qui enim conſulentes aliqua nos eligere & agere/
que opportuna ſunt/prȩdicunt/non ut neceſſario futu/
ra hec ipſa prȩdicunt. In uniuerſum auteȝ/ſi omnia diis
eſſe dicunt poſſibilia/ſintq; etiam impoſſibilia Illis poſ/
ſibilia/non oſtendetur tamen ex illorum prȩcognitione
de futuris/omnia que fiunt neceſſario fieri. At ſi conce/
dant impoſſibilia etiam diis eiuſmodi eſſe/primuȝ qdeȝ
oſtendendum eſt/poſſibilem eſſe eiuſmodi prȩcognitio
nem/deinde in deos reponenda. Nam nec euidens eſt
nec his que fiunt cõſentaneum/eiuſmodi deos ipſos fa
cere prȩcognitionem. Nos igitur nec diuinatoriam tol/
limus/nec deorum prȩcognitionem/qualem res ipſȩ na
turam ſortitȩ ſunt/taliter eos prȩſcire ipſas dicentes. Ve
rum nec hominum utilitateȝ ex diuinatoria auferimus/
quȩ quidem ad hoc tendit/ut poſſit q̃s euitare qnod for
te non euitaſſet/niſi Deus conſuluiſſet. Laudantes Diui
natoriam & ſecundum hanc rationem ſolum ipſam di/
centes ſeruari. Et qui hac utuntur ut perſuadeant & Fi/
dem faciant ꝙ omnia Fato fiunt/prȩter hoc ꝙ nihil ue/
rum dicunt/abſurda quedam & aliena omnino a diis/
de ipſis audent dicere. Cur enim abſurda non ſunt que
de his ab eis dicuntur? Dubitantibus enim quibuſdam

aduersus eos/Cur si omnia que fiunt/ex necessitate fi/
unt/deorum Diuinationes consultationibus similes fi
unt/ut possint qui audierint/propter id quod audierunt
& fecisse aliquid & cauisse. Itaq; & datum Laio respõsu;
acceptantes/quo ei dixerat Pythius/non oportere eum
Filium generare/nam si genueris/Interimet te Filius ge
nitus/& Inundabitur domus tua tota sanguine/ut suos
tractatus inquinent/dicunt sic eum responsum dedisse/
non ut Ignorantem/minime persuasu; iri Laium/(om/
nibus enim magis nouerat)sed quia nisi sic responsum
dedisset/nullum eorum que per insolentiam effrentem/
circa Laium & OEdipum facta sunt/ futurum fuisset.
Nam nec exposuisset sibi genitum Filium Laius/ut ex/
posuit/nec sublatus puer Abubulco & datus in adop/
tionem Polybo Corinthio/uirq; factus & Laio in itine
re occurrens/Ignoransq; & Ignoratus ipsum inter fecis/
set/nunq̃ enim Domi ut Filius apud eum educatus/pa
rentes Ignorasset/ut hunc quidẽ interficere posset/alterã
uero Vxorem ducere. Vt igitur hec omnia seruarentur/
compleretur q; Fati actus/uisionem quandam prębuit
Laio deus/tanq̃ posset ea que dixit euitasse. Et qa temu/
lentus Filium genuit/exposuit Filium genitum/ut ipsũ
pernecaret. Quę expositio impiis Fabulis causam dedit.
Verum qui hec dicit quomodo aut Diuinatoriam ser/
uat/aut docet diuini Cultus existimationes? Aut quam
utilitatem docet ipsam habere Diuinatoriam? Nam di/
uinatoria uidetᷣ esse futurorum prędictio quędam. Sed

hi apolline; Poetam prędicere faciunt. Quod enim nō sic factum fuisset/nisi hoc modo responsū dedisset deus & sic ipsum responsum dedisse/ut fierent que de ipsis dixerat/non ne uersutię potius sunt respondeutis/q̄ nunciatio futurorum? At si credendum est plus aliquid cęteris uatibus habere Deos ipsos/ut pote q & futuris coagant/ut fiant opem prestantes/(Nam & Poetę hoc ipsum de diis laudant/qꝫ scilicet Mortalibus datores bonorum sunt.)Sed ex horum dictis ad nullum bonum Pythius Laio conduxit. Contra potius cōcertat & agit ad hoc/ut nihil Impium/nihil Nephandum/ Domus eius pretermitteret. Que profecto quisqs audiat/nō magis piam quę ab Epicuris dicitur Improuidentiam hac prouidentia dixerit. Pręterea quomō inter se consonāt/simul quidem fatum ipsum deum dicere/& uti his que sunt & fiunt in mundo ad ipsius mundi salutem & ordinem seruādum eorum que in ipso sunt/simulq; Talia de ipso dicere ut coagat ad Impiissimas actiōes/ob Studium circa hec ipsa & Pythium coadiutorem. Ad quorum quęso salutem dicent fatum ipsum uti nece Patris ex Filio? Et nuptiis Patris & Filii iniqs? Et gn̄atione Filiorum Fratri & Patri/ita ut appollo timeat ne aliquod horum non actum pretermittatur. Erunt ne Impedimēto/nisi fiant/dispensationi hominum erga Ciuitates & Leges? Aut Elementorum saluti in mundo? Aut ordinatissimę & AEternę Diuinorum Corporum circūlationi? Aut alicui eoꝝ ex q̄bus constare mūdū & dispen

sari ratione contingit. Proculdubio & aliquam alteram fabulam ab aliquo Extragœdis audire poterunt/quorũ opera sunt eiusmodi Figmenta. Aut mulierem aliquã ex nimio Amore/ insidias parantem Filiis alterius & proprios pernecantem/ Aut Thyestem quendam Infelicem senem Carnes propriorum Filiorum deuorantem/Atreo quodam Fratre eiusmodi ei Mensam apponente. Credunt itaq; fabulis & figmentis/ceu factis/fatumq; & prouidentiam per hęc astruunt/ueluti magnifacentes/que astruere uolunt/per hec ipsa qbus astruũt/destruerẽ/quãuis longe melius esset & uenia dignius/suppositiones ipsas Interimere/propter ea que ad ipsas sequuntur absurda/q̃ hec absurda propter suppositiones asserere. Hi uero & facile absurdissima queq; credunt/& ꝙ secundum rationem fiant. aliquas adducunt causas. Sed de his satis. Sufficit enim in singulis ostendisse/opinionis absurditatem. Abunde etiam puto ostensum eẽ/quo pacto inest prudenti ut prudens sit/q̃uis nõ possit non esse prudens. Non quia scilicet insit ei/cum iam est prudens/ut eiusmodi sit/esset enim & tũc Dominus huius quod est prudentem non esse/ sed quia priusq̃ eiusmodi fieret/habuit non minus ut non eiusmodi euaderet q̃ ut euaderet/facultatem. Et propter eam quam diximus causam ut talis fieret se ipsum adiuuit. At in ipsis diis non est ꝙ eiusmodi siut. Quod & ipsum ab his adducebatur in dubitatis. Quia scilicet in eorum natura ẽ ꝙ ita affecti sint. Sed nullum eorum que hoc modo ali/

cui insunt/in eo est. Propter hoc & illorum bona hono rabilia sunt/& Beatificabilia .Maius quid laudabilibus bonis habētia. Quoniam & omnino eorum natura ca/ pax non est. Nos uero in adeptione uirtutū laudamur/ eo ꝙ cum natura nostra etiam malorum sit Capax / non fuimus segnes ad meliora capescenda. Qꝛuis mala ipsa absqꝫ Sudore & Laboribus acquiri posse uideantur/ uirtus uero non sine Laboribus & Doloribus & Sudo/ ribus multis. Habet tamen & prudens in singularibus actionibus nō agendi ipsas/facultatem. Cum & in illis actiones aliquę fiant circa cōtingentia & que aliter se ha bere possunt. Nam nec facultas Pythio surrepta est/ut eidem responsum det & non det/nec ęsculapio facultas sanandi. Quippe omnes fere homines ad eum confu/ giunt/ubi pręsertim insignis habetur/credentes ꝙ his q Medicum ipsum habere Student/his qui non Student/ se ipsum pręstet largiorem.

Confutantur dicta illorum qui asserunt se seruare id quod in nobis est/in uero sensu/eo ꝙ id non sit in omnibus que per impulsum agunt. Cap. xvii.

q VOD uero dicunt pręstare illos qui nō pu/ tant seruari id quod in nobis est/ubicunqꝫ ser uatur actio animalium impulsoria/eo ꝙ nō omne quod per impulsum fit in his sit/que per Impul/

ſuꝫ agunt/quodqꝫ ex hoc Interrogant/num quod in no/
bis eſt/actio quędam ſit/& id quod ſubinde hoc ſum/
pto interrogant/num actionum ipſarum aliquę per im
pulſum fiant/aliquę non per impulſum / Et id quod
ſumpto illo addunt/actionum quę non per impulſum
fiunt/nullam in nobis eſſe/quodqꝫ hoc conceſſo/his cō
nectunt/omne quod per impulſum fit/in his eſſe /que
hoc modo agunt/quoniam in nullo ſit eorum que ali/
ter agunt/& quod ex omnibus his concludunt/ſe quoqꝫ
eundem eius quod in nobis eſt/ modum ſeruare/ quod
ſcilicet poſſit a nobis fieri & non fieri/& que ſit fiunt/in
ter ea numerari que per impulſum fiunt/profecto ſunt
dicta eorum qui ea ignorant de quibus Sermones fa/
ciunt. Non enim ſi in his que per impulſum aguntur/
id quod in nobis dicimus/eſſe conceditur per rationem/
Iam omne quod per impulſum fit in nobis eſt. Nam
ex his que per impulſum fiunt illa tantuꝫ in nobis ſūt/
quecunqꝫ per rationalem impulſum aguntur/Rationa/
lis uero impulſus ſolum in conſultatoriis & uolunta/
riis fit. Iſqꝫ eſt ipſorum hominum Impulſus cuꝫ in his
fiat. Cęterorum ſiquidem animalium quę per impul/
ſum actiones fiunt/eiuſmodi non ſunt/cum non ſit in
his facultas agendi & non agendi / Quod per impulſuꝫ
fit. Iccirco in actionibus impulſoriis eſt id quod in no/
bis dicimus/non ob hoc tamen/omnis quę per impul/
ſum actio fit/id quod in nobis eſt continet. Quo pac/
to etiam non Ignorant hi que ipſi faciunt/cum Verita/

te eorum que fiunt/quam destruunt ex opinione sua/ Vtuntur ad astructionem opinionis ipsam intermittentis. Sumentes enim singulum eorum que natura constant Fato esse/addunt hec. Igitur & Fato sentient animalia/& per impulsum mouebuntur. Item animalium alia solummodo agent/alia agent Rationales actiones/& alia peccabunt/alia rectum agent/hec enim his secundum naturam insunt. Sed cum & peccata sint & rectę actiones quas gręci Catorthomata uocant/& eiusmodi naturę & qualitates non Ignorentur/ sunt & Laudes & uituperia & supplicia & honores. Hec enim hunc inter se ordinem habent & obsequelam. Non tamen sequ-tur hec hoc modo fieri/his qui naturam & que secundum naturam fiunt/ad ipsum fatuȝ & necessitaté transferunt. Actiuis enim & rationalibus animalibus natura Inest/& peccare & rectum agere posse/cum neutrum horum coacte faciant. Et hoc est uerum & hoc modo se habet. Sed nõ apud eos qui nos/omnia que facimus/fatere dicunt ex necessitate/ deinde eorum qui rationaliter agunt/alios rectum agere/alios peccare. Ex necessitate autem omnia nos facere illi dicunt/quibus impossibile est hisce quibusdam circunstantibus/non hec agere nos. Ex necessitate autem semper hec circunsistere/propter que agimus. Non enim eum qui Quouis modo gratum quid agit/ rectum agere dicimus/nec Peccare eum qui quouis modo Flagitium aliquid admittit/

Sed cum quis eligit & agit meliora/ Cui facultas inest agendi & non agendi deteriora/hunc dicimus rectum agere. Itaq; eum qui a fortuna hec ipsa fecerit / minime dicimus rectum agere/Ita ut recta actio non a rebus tãtuʒ que fiunt/Iudicetur/sed longe prius ab habitu & potestate a qua proficiscuntur & fiunt/eadem & de peccatis est ratio. At si facultas agendi alia quodam pręter ea que agimus a circunstantibus est nobis erepta/cum nihil ipsa conferat his ut illa circunstent ꝓpter que agunt/ quomodo quis hos peccare aut rectum agere dicet? Naʒ nec huius habitus/a quo his circunstantibus Impulsus fit ad hec certa agenda/est in eis facultas/nec huius ꝙ ipsa circunstãtia eiusmodi sint & hac de causa nullum ex Brutis animalibus de his accusatur. Quo fit ut qui ad agendum ducitur & ab habitu & a circunstantibus quibusdam/cum ipse non sit huius Dominus/ꝙ non hoc modo se habeant/peccare aut recte agere/in his que hoc modo fiunt/dici Iure non possit / sed quia & Laudes & uituperia Supplicia & honores ĩ peccatis & rectis actionibus sunt/ut & ipsi dicunt/ proculdubio his sublatis/ Illorum quoq; singulum sublatum fuerit. Sed recte agere de ipsis diis non proprie dicetur/sed uelut par ei quod est bona agere. Si quidem in his est recte agere/in qbus est & peccare. Sed natura diuina non est peccati Capax/ quare nec deos laudamus/cum meliores sint eo cui laudes cõgruũt/& rectis actionibꝫ ipsis in qbus sť laudes.

Falsam esse rationem illam quę nititur ostendere/

q̃uis Fato oĩa fiãt/leges tñ nõ auferri. Cap. xviii.

r ATIO quoq3 illa prętermittenda nobis nõ est/qua pręcipue fidunt/ut pote quę aliquid ꝓpositorum demonstrare possit. Dicunt enim. Non si Imarmene eiusmodi est/nõ est Pepromene/nõ est Aesa. Non si Aesa est non est Nemesis/non est lex. Non si est lex non est ratio recta/que iubeat que agẽda sunt/que non agenda sunt/abdicet. Sed abdicantur peccata/Iubentur uirtutum actus/Igitur si eiusmodi est/Imarmene/erunt & Peccata & Catorthomata. Si sunt peccata & Catorthemata/erit & uirtus & uicium. Si hec sunt/erit honestum & turpe. Sed honestum laudabile ẽ/Turpe uituperabile/non igitur si Imarmene eismodi ẽ/non est laudabile & uituperabile. Atqui laudabilia honore digna sunt/uituperabilia autem pœna & supplicio/non Igitur si Imarmene eiusmodi est non est pœna & supplicium. Sed honor quidem est pręmii meritum/supplicium autem castigatio/non Igitur si Imarmene eiusmodi est/non est pręmii meritum & Castigatio. Si hec sunt effectum iam est/si omnia Fato fiant/esse & Catorthomata & peccata/honores & pœnas/pręmiorum merita/Laudes & uituperia. Verum si hec ab aliquibus/ipsis/circunsistentibus causis/Coguntur dicere/Ignoscẽdum est eis/nec est aliquid a nobis de his que ab eis necessario dicuntur/negociandum/nec ab eis/Cũ his q non eo modo quo ipsi dñt. Singulis.n.eorũ q̃ dñt & opinantur/circunstantium uis adest/nec ipsi di/

centes sunt in aliquo accusandi/cum nihil ipsi ad sic di/
cendum conferant. Siquidem nec circunstantium nec ip
sius habitus/per quem a circunstantibus sic ipsis moue
ri accidit/causam in se sitam habēt. At si facultatem ha
bemus & deterius & melius aliquid dicendi/quis nō ip/
sorum rationis compositionem miratus fuerit/ut incō/
prehensibilem/& ex concessis & notis concludentez uer
bum/non oportere/quorum erat uerbum igitur/Longi
circa Syllogismos exercicii. Ponunt siquidem fatum ad
ineuitabilem eorum que ab ipso fiūt actionem/uti om
nibus his que fiunt & facta sunt Fato/eo mō quo unū/
quodqꝫ factum est/& naturam habet/Lapide ut lapide/
planta ut plāta/animali ut animali/si animali ut anima
li/etiam ut eo quod impulsoriam uim habet. Ponendo
ꝙ ipsum fatum utatur animali ut animali & ut habente
uim impulsoriam. Et fieri quecunqꝫ ab animalibus fi/
unt/per ipsa animalia & ipsorum impulsum. Cum
tamen etiam hec sequuntur ad aliquas circunsistentium
eis tunc necessario causarum. Ex quibus putant se etiaꝫ
in nobis aliquid situm esse seruare/ob id ꝙ & animalia
agere per impulsum seruent/in eo quod est Fato omnia
fieri. Aliasqꝫ quas interrogant Orationes/& hanc ipsaꝫ
propositam/ut mihi uidetur/non ueram. Eatenus ei cre
dentes/quatenus ex Longitudine & multitudine nomi/
num/& conpositione obscura decipere putant audien/
tes. Sed uideamus & nos quod dicitur per hec. Multa ad
ductorum nominum in pręsentia recusantes/ipsaꝫ Pe/

promenen & Nemesin & Aesan subtrahentes/(quibus nominibus in his que ipsi uolunt significatis utuntur) in cęteris perscrutemur. Perdiscẽdum siquidem est/ quã necessitatem habeat obsequela illa. Non si est eiusmo/di Imarmene non est lex. Nam si que Fato fiunt/ sequũtur causas/ quę ipsa necessario circunstant nec fieri po/test ut qui per impulsum agit/non has sequatur/causaꝫ quę ex ipso est/omnino illis connectens/quemadmo/dum nec Lapis ab alto demissus non feratur deorsum/ aut Sphęra per decliue non circunuoluatur dimissa per ipsum/quę nã erit ulterius legum utilitas aut necessitas? Nam quemadmodum Lapis a dicente non oportere deorsum ferri/nunq̃ prohibebitur/tum ꝙ ipse natu/ra huiusmodi sit/tum ꝙ externas habeat ad hoc iuuan/tes causas/ita nec aliquis nostrum ratione aut Lege aliter putante/pręter necessitatem circunstantium causarum agere unq̃ persuadebitur. Nihil enim nobis plus est ex hoc ꝙ cognoscamus que Leges imperant/cum causas pręgredientes habeamus/quibus circunstantibus neces/se est impulsum sequi. Sed hoc pacto omnis quę ex Le/gibus habetur utilitas Iure sublata fuerit. Siquideꝫ leges Imperant que agenda sunt/prohibent que non agenda. Sed non sequitur ad Legum Imperium/ut agamus que per impulsũ agimus/cum circunstãtes causę ad alia quedam necessario nos moueant & ferant. Qua legum uti/litate propter huiusmodi fatum sublata/ipsas quoqꝫ le/ges apertissime sublatas iri necesse est. Quę eniꝫ est utili/

tas legum/quibus parendi/facultate/a Fato priuamur?
Non igitur ad hoc ꝙ eiusmodi fatum sit/sequitur legem esse/sunt enim contraria fatum & lex/cũ scilicet lex que agenda que ue non agenda Imperet/ut pote cui Imperãti possint parere qui agunt. Iccirco & eos qui non parent damno afficit/honore autem eos qui parent/ut rectum agentes. Sed fatum ipsum necessario & per similes dicit causas fieri. Eorum uero que ex similibus causis fiunt/impossibile est/hec quidem esse peccata dicere/Illa uero Catorthomata. Si enim dicat quis etiam ipsã legem in necessariis & pręconstitutis a Fato causis sitam esse/eui dens est ipsam quoq; coactam iri/quemadmoduȝ & in agentibus per impulsum/quecunq; secunduȝ ipsas fiũt/in circunstantibus causis sunt. Non circunstabunt auté his qui agunt que non secundum leges sunt. Qui uero hanc non agendi que leges iubent/causam habent/aptissime carebũt uituperio. Quõ enim digni erũt? Quod igitur est in circunstãtibus scd'm necessitatem causis/ad quas uon põt impulsus non sequi/non est in legum cã quę ex necessitate aliqua & Fato adesse ꝓhibet. Sed hoc pacto nulla lex fuerit cui q pareant/inueniantur/cuȝ illi dicendi sint ei parere/qui ex necessitate sequuntur/& qui non parent. ex necessitate aliqua a persuasione ꝓhiberi. Qua pp longe uerius esset connexum illud/si est eiusmodi ipsum fatum/non est lex. Lege autem Sublata/& una peccato. Et Catorthomate/merito sublata fuerint/(ut & ipsi ex consequentia rationali sumebant) uirtus &

uicium. Et esse in hominibus honestum & turpe lauda/bile & uituperabile/qđ'q3 honore Pœna ue dignum sit. Nihil igitur manet rationis illius ab eo interrogatę qui tanta arte ipsam astruxit. Sequetur autem ad eos conse/quentia/si ex Imo incipiamus/quaȝ dicunt sequi ad eos qui tentāt tollere/quod in nobis est situm/esse/eo modo quo hi ipsi/qui illud confesse seruāt. Cum ob id ꝙ aliis hec ipsa inferre anticipauerint/non uideantur ad eos se/qui/qui putant se subterfugore. Si enim non sunt hono res nec supplicia/nec Laudes erunt nec uituperia/que si non sint/uec delicta erunt nec Catorthomata. Quibus ablatis nec uirtus erit nec uicium. Que si non sint/nec Deos utiq3 futuros dicunt. Atqui primam/non esse sci/licet honores & supplicia/sequit' ad id quod est omnia Fato fieri/ultimum igitur quod est absurdum & Impos/sibile/Interimēdum est. Omnia scilicet Fato fieri/ad qđ illud sequebatur.

Improbat' ratio illa quę arguit & si omnia Fato fi/ant/non auferri/uirtutes & uicia. Cap. xix.

SED uideamus etiam de hoc rationem Inter/rogatam/an easdem uires habeat. Dicit auteȝ hoc modo. Non & omnia/Fato fiunt/& nō prohiberi nequit nec impediri mundi dispensatio. Non & hoc est & non est mundus. Non & mūdus est/& nō sunt dii. Et si sunt dii boni sunt/quod si est/uirtus est/si Virtus est/Prudentia est. Quę si est/erit utiq3 & scientia agendorum & non agendorum. Sed agendis adnumerā

tur Catorthomata/non agendis peccata. Non igitur & omnia Fato fiũt & nõ sunt peccata & Catorthomata. Atq Catorthomata honesta sunt/peccata ueto turpia/ & honesta Laudabilia sunt/turpia uituperabilia/nõ igiť & oĩa Fato fiunt/& non sunt laudabilia & uitupabilia. Quod cum sit/laudes & uituperia sunt/sed que lauda/mus/honore afficimus/q̃ uitupamus supplicio/& q ho norat/pręmio afficit/& q punit castigat/Igiť non & oia Fato fiũt/& nõ est pręmii cõtributio & castigatio. Hęc quoq; ratio ab eadem lucta existens euidenter p eadẽ ceu falsa redargui poterit. Primum namq; qs prompte con cesserit Illud: Non & omnia Fato fiunt/& non ꝓhibe/ri & Impediri neqt mundi dispensatio. Cum alia ex ne cessitate/alia cõtingẽter/fiant. Et hoꝝ alia a natura/alia ex ꝓposito & ratione/quedã ex Impulsu/pleraq; ex for/tuna & casu. Cętera autem omnia a Fato tolluntť. Nõ igitur manet mundi dispensatio/ut impediri ꝓhiberiq; prorsus non possit. At q̃uis & hoc ipsu; demus/& mũ/dum esse/& mundo existente Deos esse/(licet ut Epicu/rus ait) extra mundum sint/Deosq; ipsos bonos esse/et uirtutem ad eos seq/quo nam pacto ad hoc q Deorum sit ipsa uirtus/seqtur deorum esse prudentiam: Quę nõ est huius obsequelę necessitas: Nam si sumptum esset hominum esse ipsam uirtutem/a d hoc utiq; sequereť & ipsa prudentia. Sed qa ex positis sumptum est Deorum esse uirtutem/quo pacto ad hoc seqť ipsa prudentia ho minum uirtus existens: Cum fieri non possit/ut eędem

sint Deorum hoīumq; uirtutes. Neq;.n. uerum est/eorū que tam insigni discrimine scd'm nām distant/easdem esse pfectiones & uirtutes dicere. Neq; ad eosdem de eis dem dicti sermones/rationis aliqd in se continent. Sed est hominis uirtus ipsa prudentia/que ut dicūt/scientia est eorum que agenda/nō agenda ue sunt. In qbus nāq; possibile est factum iri aliqd eorum que agenda sunt/in his agendorum & non agendoꝝ scientia locum habet/ Sed si omnia Fato fiunt/Inutilis est agendorum & non agendoꝝ scientia. Quę.n. est utilitas huius cognitionis his q nihil eorum que agunt uitare possunt? Si aūt nihil utilis hoꝝ scientia prudētia quoq; iure sublata fuerit. Vt sit uerior consecutio illa/si est fatum/non esse pruden/tiam. Nam qua ratione lex auferebat'/eadem & pruden tia auferet'. Qua sublata/euidentissime & cętera oīa/q̄/cunq; ad ipsam prudētiā ponunt' seq/Iure sublata fue/rint. Verum ꝙ nec seruent id qd' situ; in nobis est/q̄quis ostendant etiam omnibus Fato euenientibus/motu; ex Impulsu in aīalibus pmanere/nisi uelit simpliciter qs/qd' ab aliquo ex ꝓpria natura fit/de illo ipso dīe/alteru; quoddā significatum eius qd' est in nobis/inducēs/prę/ter id qd' credit' & existimat'/qd' scilicet esse dicimus/ex hoc ꝙ in agendis optionē & facultatē habeamus ad op/posita/p p̄cedētia sępius iam dcm̄ ē & demōstratū. Pro/ximę his st' & alię rōnes/quotquot ad huius placiti con firmationē addidere/prolixius & ad uerba usq;/cōnexio nē hn̄tes/non ex cōsonantia ad res ipsas/sumētes Fidē.

E z

EPILOGVS.

hEC ſunt Diui Cęſares opinionis Ariſtote-licę Capita de Fato & eo quod in nobis eſt hoc eſt Libero Arbitrio/ut opinamur nos. Quam ſi ſequamur/Deos ipſos colemus/mō his agé-tes Gratias pro beneficiis quibus nos affecerunt/modo aliquid ab eis petentes/ut pote qui dandi/non dandi ue/ Autores ſint. Erimuſq; erga uobis ſimiles Principes grati. Hec & erga nos aguntur/& quę de nobis eſt ueſtri propoſiti Inſtitutio/facit uos electione melioris/& Stu-dio in Iudicando id ipſum/facere hec ipſa que facitis. Non quia ſequamini aliquaſ pręgredientes cauſas/quaſ neceſſarium ſit ſequi/quatenus Illę uos ducant. Curabi bimus etiam Virtutem adipiſci/ Ceu Domini ipſi exi-ſtentes ut & meliores & deteriores efficiamur. Horum enim tantum Dominus quis exiſtens/etiam non agen-di ipſe optionem habet. Alia quoq; omnia quecunq; in Vita agimus/q; ſolum rationaliter agere uideamur/ ſi ſecundum Ariſtotelis opinionem/de ipſis cauſas red diderimus /per uniuerſum hunc ſermonem uobis oſté-dere tentauimus.

Alexandri Aphrodiſei de Fato & libero Ar-bitrio Liber unicus explicit Hierony-mo Bagolino Veronenſi Interprete.

HIERONYMI Bagolini Veronensis in Interpretationem Alexandri Aphrodisei de Intellectu/Ad Ioãnem Batistam Turrium Veroné. prefatio.

NARrationé Alexãdri Aphtodisei de trino intellectu ex Aristotelis placitis/angustis uerborũ limitibus clausam/sed sensibus effusam/ & questionibus perq̃ arduis uberem iampridẽ a me in Latinũ cõuersam/tibi Ioãnesbaptista dicare constitui/simul ut amorem percipuum obseruãtiãq; nõ uulgarem/qua excellentissimos olim & omni Doctrinę & morũ Laude cumulatissimos/Hieronymũ Patrem tuũ & Marcum antonium Fratrem/semp sum prosecutus/uiuenti tibi/munusculo hoc utcunq; cõtester. Quis sciam eximia eorum erga me beneficia/prẽmia medius fidius Longe maiora sibi ꝓmeriti. Simul ut Alexãdri opinionem de Intellectu/quam dũ in Gymnasio Patauino naturales Aristotelis disciplinas publice profiterer/ Eruditissimo Fratri tuo frustra tamen/examinandam pensitãdamq; tradere decreueram/quũ morte intempestina nobis surreptus fuerit/tu qui eius locũ Doctrina/eruditione/moribus & uirtutibus subiisti/ceu hereditario iure tibi debitã plegas/& ex ingenii acie ppẽdas/an ex Auerroes sermone pplexo/uel ex ipsa Aleãdri mente certius & intemeratius possit agnosci. Quãdo quidem te nõ ignorare certo scio/eiusmodi interpretatiões quas de rebus grece scrip/

tis ex Arabum lingua Latini mendicauere/mēdosas & ueritati aduersas magna parte inueniri. Qualem & mi/hi/ipsius huius opusculi de intellectu/incerto interpre/te/his diebus/a me nūq̄ ante animaduersam/uidisse cō tigit. In qua pręter elocutionis inuolutam seriem/ erra/ta non multo uerbis pauciora/ab ipso statim limine ad calceʒ usq; se se legentibus nobis obtulerunt. Quę in me dium afferre supuacuum duxi/cū nr̄am cū illa collatu/ris/notissima fore mihi psuadeā. Ita euenit ut quam me ab instituto submoturā suppressurāq; uerebar/ cōtra po tius ad huius nostrę editioné/pręcipienteʒ impulerit/cū eā Studiosis oībus nō inutilé futurā cognouerim. Cęte rū mi Ioānesbaptista qcūq; hāc nr̄am interpretationem adituri sᵗ/hoc loco monēdos censeo/ne ī huiuscemodi gn̄e interpretādi res Physicas/qđ ꝑfecto ex oībus Ar/bitror difficillimū/uerba expetāt uoua aut translaticia/ & nullius ante trita solo/ut ait Lucrecius/neue ornatam nimis aut ꝑpolitā orōné cōcupiscāt/sed q̄ mō nō sit ru/dis aut Barbara/ītegꝝ autoris sensū apiat. Ne qd desit/ ne qd supsit/ne qd subsulet/ne qd immuteᵗ. Quémo/dū Boetius Seuerinus seruauit/& nos quoq; seruamus/ & seruādū fatemꝰ. Q̄z q̄ nō ignoramus sūmussores ple rosq; affuturos/q nr̄a hęc icessere coarguereq; n̄ desistāt. Sed nos eiusmodi hoīuʒ detractiōis/cū Grāmatistę po/tius q̄ Philosophi habēdi sint/parui facimus/mō abste aliisq; q n̄ nudos ut aiuat cortices sʒ reꝝ scrutātᵗ p̄cordia/ exq̄site Doctrinę iudicio ꝑspicaci/ꝓbari hęc ipa ꝑcipiā.

ALEXANDRI Aphrodisei enarratio de trino Intellectu ex Aristotelis institutiõe, Hierony mo Bagolino Veronensi Interprete.

De intellectu materiali. Cap. I.

i NTELlectus ex Aristotelis Institutiõe est trinus. Vnus est materialis. Materialem dico nõ quia sit subiectum aliquod ut materia, quaʒ materiã dico esse quodam subiectum, quod p̃t pręsentia formę alicuius hoc aliquid factum iri. Sed q̃a materia essentiam suaʒ habet in potentia, qua omnia potest ad que habet potentiam, id ipsum etiam quod est potentia, quatenus huiuscemodi est materiale est. Intellectus itaq; qui nondum intelligit, sed potest huiuscœmodi fieri, materialis ẽ. Et huiuscemodi animę potestas est Intellectus materialis. Qui nihil actu est eorum que sunt, sed potest omnia fieri, cũ omnia que sũt, intelligi possint. Quod enim est omnia apprehensurum, nihil illorum actu oportet esse secundum propriam naturam. Si enim familiarem aliquam formam prę se ferret, in extrinsecarum rerum apprehensionibus, esset hęc Illarum intellectionibus impedimento. Nam nec ipsi sensus hoc percipiunt inquibus essentias suas habent. Hac igitur de causa uisus cum sit colorum perceptiuus, Instrumentum in quo est & quo uisilia percipit, habet absq; colore. Est enim aqua colore ꝑ

prio abscolor: Odoratus quoq; ex aere é/é uero aer odo- re uacuus/sed odores percipiendi uim habet. Tactus ét ęque sibi Calida aut Frigida/dura aut mollia non perci pit/sed que ad magis aut minus sunt pmutata. Hoc aũt est/quia cum sit Corpus/non potest non habere has cõ trarietates. Corpus enim quodcunq; naturale & genera bile tactile est. Quemadmodum igitur in ipsis sensi- bus/Impossibile est sensum aliquid habentem/id ipsuз quod habet/Percipere & Iudicar̃ posse/ita & intellectus cum perceptio quędam atq; Iudicium sit ipsorum intel ligibilium/nihil eorum que ab ipso Iudicãda sunt/pos/ sibile est ipsum actu esse/atqui omnia entia percipien- di uim habet/cum scilicet omnia intelligi possint/nullũ igitur entium actu est/sed omnia potestate. In hoc enim est intellectus essentia. Sensus quidem cum per Corpo ra fiant/non sunt hec que percipiunt / sunt tamen actu alia quedam. Est porro sensus facultas Corporis cuius dam/Iccirco & Corporis aliquid patientis/est sensuum perceptio. Et ex hac causa non omnium omnis sensus est perceptiuus. Est enim iam & ipse aliquid actu. Intel/ lectus uero cum nec per Corpus aliquid percipiat/nec Corporea facultas sit/nec patiatur/nullum omnino en tium actu é/nec é hoc aliqd potens/sed é simpliciter po testas quędã huius pfectiõis & aĩę/specierũ & notionũ susceptiua. Hic igitur intellectus q materialis est in om nibus est/qui perfecta anima communicant. Hoc est ipsis hominibus.

De intellectu in habitu. Cap. II.

a LIVS est qui iam intelligit/& habitum habet/quo intelligere potest. Et qui formas intelligibilium sua sponte potest sumere Qui similis Artificibus est. Qui habitum habent/& possunt per ipsum facere que artis sunt. Primus namq; his non erat similis/sed his potius qui possunt artem assumere & artifices euadere. Et est hic intellectus materialis/qui habitum iam & intellectionem & operatiōem adeptus est. Huiuscemodi intellectus perfectioribus inest/& q iam intelligunt. Hic est secundus Intellectus.

De intellectu agente. Cap. III.

t ERTIVS uero est prȩter dictos duos agēs Intellectus/a quo matetialis acquirithabituȝ. Similis/ut Aristoteles inquit/Lumini. Nam ut Lumen causa coloribꝫ est/ut cū potestate uisiles sint/actu huiuscemodi fiant/ita & hic tertius Intellectus intellectum potestatis & materialem/actu intellectum facit/habitum in eo Intellectualem afformans. Est autem hic/sui natura Intelligibile & actu huiuscemodi. Nam & hoc effectiuum Intellectionis est. Et ad actum duces Intellectum materialem. Est ergo & ipse intellectus/forma enim immaterialis quȩ solum sui natura Intelligibilis est/Intellectus est. Nam materiales formȩ ab intellectu intelligibiles fiunt/cum sint potestate intelligibiles.

Seiungens siquidem ipsas intellectus a materia cui ha-
bét essentiam suam adnexam/ipse illas actu intelligibi/
les facit/& tunc unaqueq; ipsarum/quando intelligitur/
actu intelligibilis & Intellectus fit. Cum non ante nec
sui natura eiusmodi esset. Intellectus enim in actu nil
aliud est q̃ forma quę intelligitur. Quare & unũquodq;
horum que simpliciter intelligibilia non sunt/quum in/
telligitur intellectus fit. Nam quemadmodum scientia
in actu est idem rei actu scibili/& sensus in actu Idem
sensibili in actu/& e contra sensibile in actu idem sen/
sui in actu/ita & intellectus in actu. Est enim intellec/
tus forma rei quę Intelligitur. Et quum seiungit ipsam
a materia facit & illam actu intelligibilem. Et ipse intel
lectus secundum actum fit. Si itaq; aliquid entium est
actu Intellectus/sui natura & ex se eiusmodi essentiam
habens/eo q Immaterialis sit/non ab intellectu ipsum
a materia seiungente/huiuscemodi actu Intellectus est
semper. Intellectus enim est/quod est actu intelligibile.
Hęc itaq; forma sui natura intelligibilis/& actu Intel/
lectus/qui causa fit ut intellectus materialis/cum respi
cit ad huiuscemodi formam/separet & Imitetur & intel
gat &/quãcunq; materialem formam intelligibilem fa/
ciat/est Intellectus actiuus/qui ab extrinseco accedere di
citur. Qui non est pars nec potestas aliqua animę no/
strę Sed ab extrinseco nobis accedens quando ipsum in
telligimus/siquidem per formę susceptionem Intellec/
tio fit. Est uero a nobis separabilis cum huiuscemodi

sit non Immerito/quia non ob id q Intelligatur a no/bis/Intellectus fit/sed est sui natnra huiuscemodi/cum actu Intellectus & intelligibilis sit. Eiusmodi autem forma atq substantia absq materia/incorruptibilis est. Idcirco & actiuus intellectus qui actu est/& ab extrinseco accedit cum huiuscemodi forma sit/merito Immortalis ab Aristotele uocatur intellectus. Intellectus enim etiam quęcunq aliarum formarum intelligibilium est/quando Intelligitur. Sed non est intellectus qui deforis aduenit/sed qui fit dum intelligitur/At hic/cum eeiam intellectus/anteq̃ Intelligatur/sit/Iure quum intellectus a nobis fuerit/extrinsecus est & dicitur.

Quo pacto Intellectus in habitu se ipsum intelligat. Item & agens. Cap. IIII.

iNTELligere uero se ipsum intellectus in habitu & operans potest/non quatenus intellectus est/simul namq & secundum idem intelligeret & essee intelligibilis. Sed eatenus/quatenus intellectus in actu idem est his que actu intelliguntur. Hec itaq intelligens se ipsum intelligit. Siquidem hec que intelligit/dum inlelliguntur/intellectus fiunt. Nam si intellectus in actu est hec que intelliguntur/quum hec ipsa intelligit/sequitur ut se ipsum intelligens fiat. Quũ enim intelligit/idem fit cum his que inlelligunt.

Non intelligens uero fit alius ab eis. Eodem quoq; mō & sensus se ipsum sentire dicitur/qn̄ hec sentit que actu sibi eadem fiunt. Nam ut diximus sensus in actu est ipsum sensile/cum & sensus & Intellectus/formarum receptione absq; materia/que sibi ꝓpria sunt/ percipiant. Preterea & aliter dicetur se ipsum Intellectus intelliger̄/ non quatenus est Intellectus sed quatenus & ipse Intelligibilis est. Nam ut intelligibile se ipsum recipiet/ut & aliorum intelligibilium singulum/non ut Intellectum. Accidit enim intellectui ut etiam intelligibilis sit. Nam cum & ipse sit entium aliquod/sensilisq; non sit/relinqtur ut intelligibilis sit. Si eni; ut Intellectus & quatenus Intellectus se ipsum intelligeret/nihil porro aliud quod Intellectus non esset intelligeret. Quare se ipsum solum intelligeret. Intelligens uero intelligibilia que priusq̄ intelligantur/Intellectus non sunt/etiam se ipsum ut huiuscemodi intelligit/ut scilicet quoddam unum intelligibile. Per accidens igitur intellectus hic qui ab intellectu materiali egreditur/se ipsum intelligit. At primus intellectus & actu intellectus/se ipsum simili modo intelligit & per eandem causam. Sed habet aliqd dignius preter hunc. Nam nil aliud q̄ se ipsum intelligit. Eo enim ꝙ intelligibilis est a se ipso intelligit᷑. Et ob id ꝙ actu & natura sua intelligibilis est/semper intelligetur/ab eo. s. q actu intelligit. Semp āt actu intelligēs ē Intellectus. Ipse igit᷑ solus se ipsum semp intelliget. Solū uero intelliget quatenus simplex est. Simplex eni; Intellectus simplex

quid intelligit. Nullum autem prӕter ipsum est simplex Intelligibile. Est enim hic non mixtus & Immaterialis. Et expers omnino potestatis. Se ipsum ergo solum Intelliget. Quatenus ergo intellectus est/ se ipsum ut intelligibilem intelliget. Quatenus uero est actu intellectus intelligibileq;/se ipsum semper Intelliget. Quatenus autem simplex solus/se ipsum intelliget. Ipseq; simplex solus existens/simplicis alicuius rei Intellectiuus est. Et ipse solus ex Intelligilibus simplex est.

